But let us investigate how snow is formed rather than how it is preserved. Since we are not content with racking off wines and arranging vaults for older vintages by taste and age, we have found out how we may compress snow so that it prevails over summer and is protected in a cold place against the season's heat. What have we accomplished by this diligence? Only that we trade in free water. We are sad because we cannot pay for air and sunlight, and because this air comes easily and without cost to the fastidious also and the rich. How unfortunate it is for us that nature has left anything as common property. This water, which nature has allowed to flow for everyone and be available to all, the drinking of which she has made common to life; this water which she has poured forth abundantly and generously for the use of men as well as wild animals, birds, and the laziest creatures; on this water luxury, ingenious against itself, has put a price. So, nothing can please luxury unless it is expensive. Water was the one thing which reduced the wealthy to the level of the mob. In this, the wealthy could not be 3 4

SENECA

possent antecedere pauperrimum; illi cui divitiae molestae sunt excogitatum est quemadmodum etiam caperet aqua luxuriam.

- 5 Unde hoc perventum sit ut nulla nobis aqua satis frigida videretur quae flueret dicam. Quamdiu sanus et salubris cibi capax stomachus est impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est; ubi, cotidianis cruditatibus perustus,¹ non temporis aestus, sed suos sentit, ubi ebrietas continua visceribus insedit et praecordia bile in quam vertitur torret, aliquid necessario quaeritur quo aestus ille frangatur qui ipsis aquis incalescit. Remediis incitatur² vitium; itaque non aestate tantum, sed
- 6 et media hieme nivem causa pari³ bibunt. Quae huius rei causa est nisi intestinum malum et luxu corrupta praecordia? Quibus nullum intervallum unquam quo interquiescerent datum est, sed prandia cenis usque in lucem perductis ingesta sunt, et distentos copia ferculorum ac varietate comessatio altius mersit; deinde numquam intermissa intemperantia quicquid alimenti⁴ decoxerat efferavit et in desiderium semper novi rigoris accendit.
- 7 Itaque quamvis cenationem velis ac specularibus muniant et igne multo doment⁵ hiemem, nihilo-

¹ *perustus* Z Oltramare; omitted in the other MSS.

² Leo, Oltramare for *incitat* MSS.; *incitat se* Garrod.

³ Oltramare for *causa pati* Z; *hac causa* in most of the MSS.; *hac de causa* B.

⁴ Oltramare for *animi* HPFABV; *anima* Z; *avide* ES; *nivis* Leo; *alui* Garrod.

⁵ *amoveant* B.

NATURAL QUESTIONS IVB, 13. 4-7

superior to the poorest man. Someone burdened by riches has thought out how even water might become a luxury.

I will explain how it happens that no water which is flowing seems cold enough to us. As long as the stomach is healthy and receptive to wholesome food, and is filled up, not overloaded, it is satisfied with natural stimulants. When it is burned up by daily indigestion and feels the heat, not of the season but of itself, when continuous drunkenness takes possession of the viscera and the bile into which it is turned burns the internal organs, out of necessity something is searched for to quench that burning which is inflamed by mere water. The malady is aggravated by remedies. So, for one and the same reason people drink snow not only in the summer but also in the middle of winter. What reason is there for drinking snow except an intestinal illness and internal organs ruined by debauchery? The organs are never given any interval in which to rest. Breakfasts are heaped on banquets lasting till dawn. When people are distended by the abundance and variety of the dishes, drunkenness submerges them deeper. Then the uninterrupted excesses aggravate the food already half-digested and inflame a continuous craving for a new cold stimulant.¹

And so, although people protect the dining hall with draperies and window-panes, and they control the winter temperature with a huge fire, none the less

¹ In Seneca's time *decoquere* usually meant "to boil down." But Seneca here probably hits at Nero's drinking hot water suddenly cooled by thrusting the drinking glass in snow (cf. Pliny 31.40).

SENECA

minus stomachus ille solutus et aestu suo languidus quaerit aliquid quo erigatur. Nam sicut animo relictos stupentesque frigida¹ spargimus, ut ad sensum² sui redeant, ita viscera istorum vitiis torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa vehementiore perusseris.³ 8 Inde est, inquam, quod ne nive quidem contenti sunt, sed glaciem, velut certior illi ex solido rigor sit, exquirunt ac saepe repetitis aquis diluunt. Quae non e summo tollitur sed, ut vim maiorem habeat et pertinacius frigus, ex abdito effoditur. Itaque ne unum quidem eius est pretium, sed habet institores aqua et annonam, pro pudor! variam.

9 Unguentarios Lacedaemonii urbe expulerunt et propere cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent. Quid illi fecissent, si vidissent rependendae nivis officinas et tot iumenta portandae aquae deservientia, cuius colorem saporemque paleis quibus custodiunt inquinant?

10 At, dii boni, quam facile est extinguere sitim sanam! Sed quid sentire possunt emortuae fauces et occallatae cibus ardentibus? Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est, sed ardentibus boletos et raptim in condimento⁴ suo mercatos demittunt paene fumantes, quos deinde restinguant nivatis⁵ potionibus. Videbis, inquam,

¹ *aqua frigida* EB.

² *animum* A¹B.

³ *perfuderis* ABV; *percusseris* P²S Alexander.

NATURAL QUESTIONS IVB, 13. 7-10

the stomach, debilitated and languid from its own burning, seeks something by which it may be revived. For just as we sprinkle cold water on people who have fainted and are dazed, so that they may return to consciousness, so the internal organs of these people, made numb by excesses, feel nothing unless you inflame them to feverish activity by a more extreme cold. This is why, I say, they are not satisfied even with snow but look for ice, as though it had a more reliable cold because of its solidarity; and they melt it by pouring water over it repeatedly. The ice is not taken from the surface but is dug out from a covered layer in order that it might have more strength and its cold last longer. And so water does not even have a uniform price but has hucksters and—for shame!—quotations for its value. 8

The Lacedaemonians expelled perfumers from the city and ordered them to leave the country in a hurry because they were wasting oil. What would they have done if they had seen shops for storing snow and so many pack-animals devoted to carrying frozen water, its colour and taste spoiled by the straw with which they protect it? 9

But, good gods, how easy it is to quench a healthy thirst! Yet what can gullets feel when they have been deadened and hardened by scalding food? Just as nothing is cold enough for them, so nothing is hot enough. They greedily swallow down hot mushrooms dipped in their own sauce and almost smoking, only to extinguish them with snowed drinks. You will see, I tell you, skinny youths wrapped in 10

⁴ *in condimento* Z Alexander for *indumento* most MSS.

⁵ *vinatis* λ.

SENECA

quosdam graciles et palliolo focalique circumdatos, pallentes et aegros non sorbere solum nivem sed etiam esse et frustra eius in scyphos suos deicere, ne tepescant inter ipsam bibendi moram.

- 11 Sitim istam esse putas? Febris est, et quidem eo acrior quod non tactu venarum nec in cutem effuso calore deprehenditur, sed cor ipsum excoquit. Luxuria invictum malum et ex molli fluidoque durum atque patiens. Non intellegis omnia consuetudine vim suam perdere? Itaque nix ista, in qua iam etiam natatis, eo pervenit usu et cotidiana stomachi servitute ut aquae locum obtineat. Aliquid adhuc quaerite illa frigidius, quia pro nihilo est familiaris rigor.


[Additional note to pp. 34–35, Book IVA, 2.20. Prof. Corcoran accepts Ultramaré's *Hebrus . . . Haemo*. But if Seneca wrote this, why did any scribe alter it to the geographically less happy *Caystrus* (Kara Su river in Lydia) . . . *Tmolo* (Tmolus =Musa Dagh mountain) from which the Caystrus rises? I would conclude that it was Seneca himself, none too good a geographer, who wrote *Caystrus . . . Tmolo*.—E.H.W.]

NATURAL QUESTIONS IVB, 13. 10-11

cloaks and mufflers, pale and sickly, not only sipping the snow but actually eating it and tossing bits of it into their glasses lest they become warm merely through the time taken in drinking.

Do you consider this thirst? It is a fever, and all 11 the more severe because it is not detected by the pulse or by heat suffused through the skin; indeed it burns the heart itself. Luxury is an incurable malady and from being soft and weak it hardens to endure anything. Do you not realize that all things lose their force because of familiarity? And so, that snow, in which you are even now swimming,¹ has come to such a pitch, by constant use, and daily slavery of the stomach, that it takes the place of water. Search now for something still colder than snow, because cold that is familiar is nothing.

¹ During noon to midnight revels Nero restored his endurance by frequent plunges in a pool chilled with ice (Suetonius *Nero* 27.2).



BOOK V
WINDS

LIBER QUINTUS¹

DE VENTIS²

- 1 1. VENTUS est fluens aer. Quidam ita definierunt: ventus est aer fluens³ in unam partem. Haec definitio videtur diligentior, quia numquam aer tam immobilis est ut non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum⁴ leviter commovetur nec in unam partem inclinatur; itaque si legeris

cum placidum ventis staret mare,

scito illud non stare, sed succuti⁵ leviter, et dici tranquillum, quia nec hoc nec illo impetum capiat.⁶

- 2 Idem et de aere iudicandum est, non esse umquam immobilem, etiamsi quietus sit. Quod ex hoc intellegas licet: cum sol in aliquem clausum locum infusus est,⁷ videmus corpuscula minima in adversum⁸

¹ *liber secundus* PK; *quartus* HZMV; *quintus* E; [*Liber Quintus*] *Liber Secundus* Oltramare.

² *de ventis* HPEZ; *de vento* S.

³ *agitatus* ABV.

⁴ *non cum* HPZ; *cum non* L.

⁵ *concuti* ABV.

⁶ *faciat* EF.

⁷ *inclusus est* A²V.

⁸ *adversum* most MSS.; *diversum* Z.

BOOK V

WINDS

1. WIND is flowing air.¹ Some have defined it this way: wind is air flowing in one direction.² This definition seems more accurate because air is never so immobile that it is not in some sort of motion. Thus, the sea is called calm when it rolls gently and does not veer in a single direction. And if you read:

When the winds were silent
And the sea stood still³

you know that the sea does not really stand still, but rocks gently and is called calm because it receives no impetus from one side or the other. The same concept must also be used concerning the air: it is never without motion even though it is quiet. You may realize this from the following: when the sun pours into any closed place we see very tiny particles moving in opposing directions, some up, some

¹ Aristotle (1.13.349a 12) says that some authorities define wind as air in motion; yet he remarks (2.4.360a 28-29) that it is absurd to suppose air becomes wind by simply being in motion. Pliny (2.114) describes wind as a *flatus* ("puff" or "wave") of air.

² This theory probably belongs to Posidonius. Oltramare believes Posidonius was Seneca's principal source on winds.

³ Virgil *Ec.* 2.26.

SENECA

ferri, alia sursum, alia deorsum varie concursantia.

- 3 Ergo, ut parum diligenter comprehendet quod vult qui dixerit, "fluctus est maris agitatio," quia tranquillum quoque agitur, at ille abunde sibi caverit cuius definitio haec fuerit: "fluctus est maris in unam partem agitatio," sic in hac quoque re quam cum maxime¹ quaerimus non circumscribetur qui ita se gesserit ut dicat: "ventus est fluens in unam partem aer," aut: "aer fluens impetu," aut: "vis aeris in unam partem euntis,"² aut: "cursus aeris aliquo concitator."

- 4 Scio quid responderi pro altera definitione possit. Quid necesse est adicere te "in unam partem"? Utique enim quod fluit in unam partem fluit; nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se movetur, sed si aliquo ferter; potest ergo aliquid moveri et non fluere et e contrario non potest fluere nisi in unam partem.

- 5 Sed sive haec brevitatis a calumnia tuta est, hac utamur; sive aliquis circumspiciendus est, verbo non parcat cuius adiectio cavillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

- 1 2. Democritus ait, cum in angusto inani multa sint corpuscula, quae ille atomos vocat, sequi ventum; at contra quietum et placidum aeris statum esse, cum

¹ *nunc maxime* ABV.

² *fluentis* ABV.

NATURAL QUESTIONS V, I. 2-2. I

down, running into each other in random patterns.¹ Therefore you do not express accurately what you mean when you say, "A wave is the motion of the sea," because the sea has motion even when still. But you sufficiently protect yourself if your definition is thus: "A wave is the motion of the sea in one direction." Such is the case especially in the subject we are now examining. You will not be trapped if you so express yourself that you say: "Wind is air flowing in one direction," or "wind is air flowing from a force pushing it," or "wind is the force of air moving in one direction," or "a rush of fairly forcible air in one direction."

I know the reply that can be given in favour of the first definition. Why is it necessary for you to add "in one direction"? For surely anything that flows, flows in one direction. No one says that water flows if it moves simply within itself, but only if it is carried in some direction. Accordingly, something can move and yet not flow; on the other hand, nothing can flow except in one direction.

If this brief definition is secure enough from captious objection let us use it; yet if you are a more precise person you should not avoid a word if its addition can eliminate all carping. Now let us get to the subject itself, since there has been sufficient discussion of our method.

2. Democritus says that when there are many little particles, which he calls atoms, in a small empty space, wind is the result; on the other hand, when there are only a few little particles in a vast void the

¹ Lucretius (2.113-122) uses dust-motes seen in the sunshine to illustrate the random motion of atoms.

SENECA

in multo inani pauca sint corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut vico, quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur, ubi turba in angustum concurrit, aliorum in alios incidentium rixa fit, sic in hoc quo circumdati sumus spatio, cum exiguum locum multa corpora impleverint, necesse est alia aliis incidant et impellant¹ ac repellantur implicenturque et comprimantur. Ex quibus nascitur ventus, cum illa quae collectabantur incubuere et diu fluctuata ac dubia inclinavere se. At, ubi in magna laxitate corpora pauca versantur, nec arietare possunt nec impelli.

- 1 3. Hoc falsum esse vel ex eo colligas licet quod tunc minime ventus est cum aer nubilo gravis est; atqui tunc plurima corpora se in angustum contulerunt et
- 2 inde est spissarum nubium gravitas. Adice nunc quod circa flumina et lacus frequens nebula est artatis congestisque corporibus, nec tamen ventus est. Interdum vero tanta caligo effunditur ut conspectum in vicino stantium eripiat, quod non eveniret, nisi in parvum locum corpora se multa compellerent. Atqui nullum tempus magis quam nebulosum caret vento.
- 3 Adice nunc quod e contrario evenit ut sol matutinum aera spissum et umidum ortu suo tenuet; tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus et stipatio illorum ac turba resoluta est.

¹ *incitentur et impellantur* AV.

NATURAL QUESTIONS V, 2. 1-3. 3

condition of the air is quiet and calm. For example, as long as only a few people are in a market-place or on a side-street they walk about without disturbance, but when a crowd comes running together into a narrow place people bump into each other and start quarrelling. The same thing happens in the space surrounding us. When many bodies fill a tiny space they unavoidably knock against each other and push, are shoved back, entwined, and squeezed. Winds are produced from these activities. The particles which are struggling with one another press hard and, after being tossed about and in confusion for a long time, start to move in one direction. Whereas, when only a few bodies are moving around in plenty of room they cannot ram each other or be pushed.

3. You can realize that Democritus' theory is 1
wrong from the fact that there is very little wind when
the atmosphere is heavy with clouds; yet at that time
many bodies have collected in a narrow space and as
a result there is a heavy mass of thick clouds. Now 2
add the fact that around rivers and lakes there is
frequent cloudiness from the particles that are
closely packed together—and yet there is no wind.
Sometimes, indeed, so much darkness surrounds
everything that it cuts off the view of objects standing
close by, which would not happen unless there were
a great many particles packing themselves together
into a tiny space. Yet there is never less wind than
at a cloudy period. Now consider, on the contrary, 3
that the rising sun thins out the thick and humid
morning air. When the particles have been given
room, and their close-packed crowd has been dis-
persed, then a breeze rises.

SENECA

- 1 4. "Quomodo ergo," inquis, "venti fiunt, quoniam hoc negas fieri?" Non uno modo. Alias enim terra ipsa magnam vim aeris eicit et ex abdito spirat; alias, cum magna et continua ex imo evaporatio in altum egit quae emiserat, mutatio ipsa halitus mixti in ventum vertitur.
- 2 Illud enim nec ut credam mihi persuaderi potest nec ut taceam: quomodo in nostris corporibus cibo fit inflatio—quae non sine magna narium iniuria emittitur et ventrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius—sic putant et hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritum. Bene nobiscum agitur, cum quod edit semper concoquit;¹ alioquin immundius aliquid timeremus.
- 3 Numquid ergo hoc verius est dicere multa ex omni parte terrarum et assidua ferri² corpuscula? Quae cum coacervata sunt, deinde extenuari sole coeperunt, quia omne quod in angusto dilatatur spatium maius desiderat, ventus existit.
- 1 5. Quid ergo? Hanc solam esse causam venti existimo, aquarum terrarumque evaporationes; ex his gravitatem aeris fieri, deinde solvi impetum, cum

¹ *agitur, quod BC; edit* supplied by Oltramare, who suggests as an alternative *agitur quod semper concoquit* for *quod semper concoquit sic emittit* ES; *cum quod semper concoquit raro emittit* Gercke.

² *fieri* E.

¹ Lucan (10.247-248) refers to air-holes in the earth and exhalations from caves.

NATURAL QUESTIONS V, 4. 1-5. 1

4. "But," you say, "since you argue that Democritus' theory is not true, how are winds formed?" 1
Not in one way only. Sometimes the earth itself ejects a great quantity of air, which she breathes out from hidden recesses.¹ Sometimes when the great and continuous evaporation from below drives into the upper atmosphere particles which the earth emits, the simple change of the earth's exhalations mixed with these particles becomes wind.²

Here is a theory which I cannot persuade myself 2
either to believe or to remain silent about. In our bodies flatulence is caused by food. This flatulence is not emitted without great offence to our sense of smell—sometimes it unburdens the stomach noisily, sometimes more discreetly. In the same way, people think, this great nature of the world emits air in digesting its nourishment. It is lucky for us that nature always digests thoroughly what she consumes, otherwise we might fear a more offensive atmosphere.³

It is truer, surely, to say that many little particles 3
are constantly being carried up from all parts of the earth. When they are accumulated and then begin to be thinned out by the sun a wind develops because anything expanding in a narrow space needs more room.

5. What then? Do I think that evaporation from 1
water and land is the sole cause of wind? Do I think that weight in the atmosphere is produced by these evaporations and that next there is set free

² Aristotle (2.4.361a-361b) says that only the dry exhalations produce wind; the wet exhalations produce rain.

³ Aristotle (2.8.366b 15-20) explains earthquakes as similar to flatulence and other tremors in the human body.

SENECA

quae densa steterant, ut est necesse, extenuata nituntur in ampliorem locum? Ego vero et hanc iudico. Ceterum illa est longe valentior veriorque, habere aera naturalem vim movendi se, nec aliunde concipere, sed inesse illi, ut aliarum rerum, ita huius
2 potentiam. An hoc existimas nobis quidem datas vires quibus nos moveremus, aera autem relictum inertem et inagitabilem esse, cum aqua motum suum habeat etiam ventis quiescentibus? Nec enim aliter animalia ederet; muscum quoque innasci aquis et herbosa quaedam videmus summo innatantia; est ergo aliquid in aqua vitale.

1 6. De aqua dico; ignis, qui omnia consumit, quaedam creat et, quod videri non potest simile veri, tamen verum est animalia igne generari. Habet ergo aliquam vim talem aer et ideo modo spissat se modo expandit et purgat et alias contrahit diducit ac differt. Hoc ergo interest inter aera et ventum quod inter lacum et flumen.

Aliquando per se ipse sol causa venti est fundens rigentem aera et ex denso coactoque explicans.

1 7. In universum de ventis diximus; nunc viritim incipiamus illos excutere. Fortasse apparebit quemadmodum fiant, si apparuerit quando et unde procedant.

¹ Seneca follows the belief that a life principle exists in certain elements. Cf. Pliny 2.10; 11.119; Cicero *Nat. D.* 2.24.

² The meaning seems to be that both winds and rivers are in motion whereas lakes and air are comparatively still.

NATURAL QUESTIONS V, 5. 1-7. 1

a rush of air, when things which were dense and stationary are rarefied and so struggle, as they must, towards a roomier space? I do judge that this is sometimes the true explanation; however, there is a far stronger and more accurate theory: air has a natural force for moving itself. It does not take this force from elsewhere; but just as it has within itself other properties so it has this power of moving itself. Or do you suppose that we have been given strength to move but air has been left inert and immobile? Water, also, has its own motion even when the winds are quiet; otherwise it would not produce animal life.¹ Yet, we see moss produced in water, and various forms of vegetation floating on the surface. Therefore, some principle of life exists within water. 2

6. Why am I talking about water! Fire, too, which consumes everything, creates certain things. It seems unbelievable that animals are generated by fire, and yet it is true. Air has some sort of similar power; and that is why air sometimes makes itself thick, sometimes expands and eliminates impurities, and at other times contracts, separates, and disperses itself. Accordingly, there is the same relationship between air and wind as there is between a lake and a river.² 1

Sometimes the sun by itself is the cause of wind, when it makes the stiff air flow and expand from its dense and compressed state.

7. We have talked about winds in general. Now let us undertake to discuss them individually. Perhaps it will be clear how they are formed if it is clear where they come from, and when. 1

SENECA

Primum ergo antelucanos flatus¹ inspiciamus, qui aut ex fluminibus aut ex convallibus aut ex aliquo
2 sinu feruntur. Nullus ex his pertinax est, sed cadit fortiore iam sole nec fert ultra terrarum conspectum. Hoc ventorum genus incipit vere; non ultra aestatem durat et inde maxime venit ubi aquarum plurimum et montium est. Plana, licet abundant aquis, carent aura; hac, dico, quae pro vento valet.

- 1 8. Quomodo ergo talis flatus concipitur quem Graeci ἐγκολπίαν vocant? Quicquid ex se paludes et flumina remittunt—id autem et multum est et assiduum—per diem solis alimentum est, nocte non exhauritur et montibus inclusum in unam regionem colligitur. Cum illam implevit et iam se non capit, exprimitur aliquo et in unam partem procedit; hic ventus est. Itaque eo incumbit quo liberior exitus invitat et loci laxitas, in quam coacervata decurrant.
- 2 Huius rei argumentum est quod prima noctis parte non spirat; incipit enim fieri illa collectio, quae circa lucem iam plena est; onerata quaerit quo defluat et eo potissimum exit ubi plurimum vacui est et magna ac patens area. Adicit autem ei² stimulos ortus solis feriens gelidum aera. Nam, etiam antequam ap-

¹ *flatus* ZSABV; *fluctus* HPE.

² *eis* HPEΛS; *illis* Z.

NATURAL QUESTIONS V, 7. 1-8. 2

First, then, let us look at the pre-dawn breezes, which are carried from rivers, valleys, or some bay. None of these breezes lasts long but falls when the sun becomes stronger. They do not pass beyond sight of the earth. This type of wind begins in the spring, does not last beyond summer, and comes mostly from places where there are mountains and an abundance of water. Plains, although they abound in water, lack these breezes. I mean breezes which are strong enough to be considered winds. 2

8. Next, how is that breeze formed which the Greeks call *Encolpias* ["gulf breeze"]? All the exhalations of the swamps and rivers (which are, by the way, considerable and continuous) provide nourishment for the sun during the day. At night they are not drained off and since they are hemmed in by mountains they accumulate in one region. When they have filled this region and no longer have room they are squeezed towards some point and move in one direction. This becomes wind. Of course, it inclines towards any place where it is attracted by a fairly free exit with open space. The accumulated exhalations rush into that open space. A proof of this is that a gulf breeze does not blow in the early part of the night, for the accumulation I recently mentioned has just begun to form. Towards daylight it is at the full stage. When it is overfull it searches for a direction in which to flow out and by preference leaves wherever there is the largest empty space and a big open area. Moreover, the rising sun strikes the cold air and applies a stimulus to the accumulation. For even before the sun appears even its light has power. It does not, it is 1 2

SENECA

pareat, lumine ipso valet et nondum quidem radiis aera impellit, iam tamen lacessit et irritat¹ luce
3 praemissa; nam, cum ipse processit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur tepore.² Ideo non ultra matutinum illis datur fluere; omnis illorum vis conspectu solis extinguitur. Etiam si violentiores³ flavere, circa medium tamen diem relanguescunt nec unquam usque in meridiem aura producitur; alia autem alia⁴ imbecillior ac brevior est, prout valentioribus minoribusve collecta causis est.

1 9. Quare tamen tales venti vere et aestate validiores sunt?—levissimi enim cetera parte anni nec qui vela impleant surgunt. Quia ver⁵ aquosum est ex pluvialibus⁶ aquis locisque⁷ ob umidam caeli naturam saturis et redundantibus maior evaporatio est.

2 At quare aestate aequè profunditur? Quia post occasum solis remanet diurnus calor et magna noctis parte perdurat. Qui evocat exeuntia ac vehementius trahit quicquid ex his sponte reddi solet, deinde non tantum habet virium ut quod evocavit absumat; ob hoc diutius corpuscula emanare solita et efflari terra ex se atque umor emittit.⁸

¹ *invitat* AV; *inmutat* BC.

² *tempore* Z; *terre* ABV.

³ *insolentiores* BA².

⁴ *alia* supplied by Haase, Gercke, Oltramare.

⁵ *aer* HP²S; *aer vere* ABV.

⁶ Gercke, Oltramare for *pluribus* MSS.

⁷ *lacis* S.

NATURAL QUESTIONS V, 8. 2-9. 2

true, as yet push the air with its rays; none the less the sun already harasses and stimulates the air with the light that precedes its rays. For when the sun itself comes out some of the exhalations are carried off to a higher altitude, others are dissipated by the heat. For this reason the gulf breezes are not given the power to blow beyond morning. All their strength is extinguished at the appearance of the sun. Even if they do blow more strongly, they none the less subside around midday; and in fact the breeze never lasts till noon. However, some breezes are weaker and briefer according to whether they are derived from stronger or weaker sources. 3

9. Yet why are winds of this sort stronger in spring and summer? They are very light the rest of the year and do not rise enough to fill sails. The explanation is that spring is full of moisture from rain-water, and there is greater evaporation from places saturated and oversaturated by the humid conditions of the sky. 1

But why does the wind blow equally strong in the summer? The reason is that the day's heat remains after sunset and lasts most of the night. This heat draws out exhalations and more forcefully attracts anything ordinarily given off by the ground in any case. Soon the heat does not have enough strength to absorb what it draws out. For this reason the soil and its moisture emit for a longer time the particles that are ordinarily exhaled by the earth or made to ooze out. 2

⁸ Oltramare for *humorem mittit* HPZABV; *aqua humorem mittit* ES.

SENECA

3 Facit autem ventum ortus¹ non calore tantum sed etiam ictu; lux enim, ut dixi, quae solem antecedit, nondum aera calefacit sed percutit tantum; percussus autem in latus cedit. Quamquam ego ne illud
4 ex calore sit. Non habet forsitan tantum teporis² quantum tactu appareat, opus tamen suum facit et densa diducit ac tenuat; propterea³ loca quae aliqua iniquitate naturae ita clausa sunt ut solem accipere non possint illa quoque nubila et tristi luce calefiunt et per diem minus quam noctibus rigent.

5 Etiamnunc natura calor⁴ omnis abigit nebulas et a se repellit; ergo sol quoque idem facit. Et ideo, ut quibusdam videtur, inde flatus est unde⁵ sol.

1 10. Hoc falsum esse ex eo apparet quod aura⁶ in omnem partem vehit et contra ortum plenis velis⁷ navigatur; quod non eveniret, si semper ventus ferretur a sole.

2 Etesiae quoque, qui in argumentum a quibusdam advocantur, non nimis⁸ propositum adiuvant. Dicam primum quid illis placeat, deinde cur displiceat mihi. Etesiae, inquiunt, hieme non sunt, quia brevissimis diebus sol desinit, priusquam frigus evincatur; itaque

¹ *sol ortus* E; *ortus sol* S. ² *temporis* KLABVH¹Z¹.

³ Gertz, Oltramare for *praeterea* MSS.

⁴ *caloris* ABV.

⁵ *esse* ABV.

⁶ *natura* HES.

⁷ *ventis* HE.

⁸ *minus* HC; *minus his* A².

¹ Seneca is arguing against the theory that morning breezes, such as the pre-dawn and gulf-breezes, are caused by the

NATURAL QUESTIONS V, 9. 3-10. 2

Moreover, the sunrise creates wind not only by its 3
heat but also by its pressure. For the light which
precedes the sun, as I said, does not yet make the
atmosphere warm but only strikes it. When the
atmosphere is struck it gives way to one side. And
yet I certainly would not concede that light is
without heat, since light is derived from heat. Per- 4
haps light does not have as much heat as appears
from contact. None the less it accomplishes its
task and separates and rarefies dense things. This is
why places which are so shut in by some imbalance
of nature that they are not able to receive sunshine
become warmed even in cloudy and bleak light and
are less frozen in the day than at night.

Also, heat by its very nature dispels all clouds and 5
drives them away; therefore the sun, too, does the
same thing. And so, as some think, the wind blows
only from the direction of the sun.

10. That this is wrong is obvious from the fact that 1
the breeze blows vessels in every direction and a
ship can be navigated with full sails against the sun-
rise. This would not happen if the wind were always
coming from the direction of the sun.

Also, the Etesian winds, which are brought into the
discussion by some authorities, do not help the theory
too much.¹ First, I will tell you what their opinion 2
is, then why I disagree. The Etesian winds do not
exist in the winter, they say, because in a season of
very short days the sunshine ends before the cold

pressure of sunlight and so can come only from the direction
of the sunrise. The Etesian winds of the Mediterranean blow
from the north in summer, as Seneca knows, and from the
south in winter—a fact which he seems not to know.

SENECA

nives et ponuntur et durant. Aestate incipiunt flare, cum et longius extenditur dies et recti in nos
3 radii diriguntur. Veri ergo simile est concussas calore magno nives plus umidi efflare, item terras exoneratas nive reiectasque spirare liberius; ita plura ex septemtrionali parte caeli corpora exire et in haec loca quae sunt summissiora ac tepidiora de
4 ferri; sic impetum etesias sumere. Et ob hoc a solstitio illis initium est—ultraque ortum Caniculae non valent—quia iam multum e frigida caeli parte in hanc egestum est ac sol mutato cursu in nostram rector tendit et alteram partem aeris attrahit, alteram vero impellit. Sic ille etesiarum flatus aestatem frangit et a mensium ferventissimorum gravitate defendit.

1 11. Nunc, quod promisi, dicendum est quare etesiae nos¹ non adiuvent nec quicquam huic conferant causae. Dicimus ante lucem auram incitari; eandem² subsidere, cum illam sol attigit. Atqui etesiae ob hoc somniculosi a nautis et delicati vocantur quod, ut ait Gallio, “ mane nesciunt surgere.” Eo tempore fere incipiunt prodire quo ne pertinax quidem aura est. Quod non accideret, si ut auram

¹ *vos* E.

² *tandem* E.

¹ Seneca's brother, whom he praises in Book Four A, Pr. 10.

NATURAL QUESTIONS V, 10. 2-11. 1

is overcome. As a result, snow piles up and freezes hard. In the summer the Etesians begin to blow when the day is extended longer and the sun's rays are directed straight down upon us. Therefore, it is probable that the snows struck by great heat exhale more moisture. Likewise when the earth is unburdened by snow and uncovered it breathes more freely. Thus more particles move out from the northern region of the sky and are carried down to our regions which are lower and warmer. In this way, they say, the Etesian winds get their start. And for this reason the Etesians have their beginning at the summer solstice. They do not blow strong after the rise of the Dog Star, because by then much of the cold section of the sky has been carried down to this region; and the sun, after changing direction, moves towards our region more directly and attracts one part of the atmosphere while repelling another part. Accordingly, the blowing of the Etesians breaks the summer heat and protects us from the severity of the hottest months.

11. Now, as I promised, I must tell why the Etesian winds do not help us explain morning breezes and do not contribute anything to the present subject of discussion. We say that a pre-dawn breeze is stirred before daylight and that it subsides when the sun's rays touch it. And yet the Etesians, on the contrary, are called "sleepy" and "lazy" by sailors because, as Gallio¹ says, "They do not know how to get up in the morning." The Etesians begin to come out at about the same time the most persistent pre-dawn breeze has stopped. This would not happen if the sun broke up the Etesians as it does

SENECA

2 ita illos comminueret sol. Adice nunc quod, si causa illis flatus esset spatium diei ac longitudo, et ante solstitium flarent, cum longissimi dies sunt et cum maxime nives¹ tabescunt. Iulio enim mense iam despoliata sunt omnia aut certe admodum pauca iacent adhuc sub nive.

- 1 12. Sunt quaedam genera ventorum quae ruptae nubes et in primum solutae emittunt; hos Graeci ventos *ἐκνεφίας* vocant. Qui hoc, ut puto, modo fiunt. Cum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum quae vapor terrenus emittit in sublime eat et alia ex his corporibus sicca sint, alia umida, ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, cum in unum conglobata sunt, verisimile est quasdam cavas effici nubes et intervalla inter illas relinqui
- 2 fistulosa et in modum tibiae angusta. His intervallis tenuis includitur spiritus, qui maius desiderat spatium, cum everberatus cursu parum libero incaluit et ob hoc amplior fit, scinditque cingentia² et erumpit in ventum, qui fere procellosus est, quia superne demittitur, et in nos cadit vehemens et acer, quia non fusus nec per³ apertum venit sed laborat et iter sibi vi ac⁴ pugna parat. Hic fere brevis flatus est, quia receptacula nubium per quae ferebatur ac munimenta perrumpit; ideo tumultuosus venit, aliquando non sine igne ac sono caeli.

¹ *dies* ABV.

² *scindentia* ABV.

³ *et per* Z.

⁴ *in hac* E¹OABV (instead of *vi ac*).

NATURAL QUESTIONS V, 11. 1-12. 2

the pre-dawn breeze. Add now the fact that if the 2
cause of their blowing were the lengthened space of
the day, they would also blow before the solstice
when days are longest and when snows are mostly
melted. For in the month of July everything is clear
of snow, or at least very few places still lie under snow.

12. There are certain types of wind which clouds 1
emit when they are burst and rent from top to bottom.
The Greeks call these winds *ecnephiae* ["cloud-
bursts"].¹ They develop, I suppose, in this way:
there is a great inequality and dissimilarity among
the particles which are emitted by earthly vapor
and travel to the upper atmosphere. Some of these
particles are dry, others wet. When they have
massed together in one body there is a great discord
of particles struggling internally; from which it is
probable that some clouds are formed hollow like a
flute, and narrow tubular spaces are left inside them.
Thin air is confined in these spaces. When it is 2
buffeted about on a restricted track it becomes hot,
and for this reason expands and needs more room.
It splits its envelope and bursts forth in wind which,
generally, is a squall because it hurtles down from
above; and it falls on us with severe force, since it is
not diffused and does not come through an
opening but struggles and makes a path for itself
by force and fighting. Usually this is a brief gust,
because it breaks through confining barriers and ram-
parts of the clouds through which it was travelling;
so it arrives violently, sometimes with fire and thunder
in the sky.

¹ Pliny (2.131) gives a description of these cloudbursts.

SENECA

3 Hi venti multo maiores diurnioresque sunt, si alios quoque flatus ex eadem causa ruentes¹ in se abstulerunt et in unum confluxere plures. Sicut torrentes modicae magnitudinis sunt,² quamdiu separatis suus cursus est; cum vero plures in se aquas converterunt, fluminum iustorum³ ac perennium magnitudinem excedunt, idem credibile est fieri et in procellis ut breves sint, quamdiu singulae sunt; ubi vero sociavere vires et ex pluribus caeli partibus elisus spiritus eodem se contulit, et impetus illis accedit et mora.

5 Facit ergo ventum resoluta nubes, quae pluribus modis solvitur: nonnumquam conglotationem⁴ illam spiritus rumpit, nonnumquam inclusi et in exitum nitentis luctatio, nonnumquam calor, quem modo sol facit, modo ipsa arietatio magnorumque⁵ inter se corporum attritus.

1 13. Hoc loco, si tibi videtur, quaeri potest cur turbo fiat. Evenire in fluminibus solet ut, quamdiu sine impedimento feruntur, simplex et rectum illis iter sit; ubi incurrerunt in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retorqueantur et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlata in se sorbeantur et verticem⁶ efficiant. Sic ventus, quamdiu nihil obstitit, vires suas effundit; ubi aliquo promontorio

¹ *fluentes* E.

² Gercke, Oltramare for *eunt* MSS.

³ *istorum* HZΛAV.

⁴ *conglotatio* Axelson, supported by Alexander.

NATURAL QUESTIONS V, 12. 3-13. 2

These winds are much greater and longer lasting 3
 if several of them have flowed together into one and
 have also absorbed within themselves other gusts
 rushing along for the same reason. In the same way,
 rivers are of moderate size as long as they are
 separate with their own streams, but when many
 have combined their currents they exceed the size
 of regular and constant rivers. It is believable that 4
 the same thing also happens in storms: they are of
 brief duration as long as they are single, but when
 they have combined their forces, and the air, driven
 from many sections of the sky, has massed itself into
 one place, the storms acquire both force and dura-
 tion.

Therefore, the breaking up of a cloud makes wind. 5
 The cloud is broken up in several ways: sometimes
 by a current of air scattering the cloud's mass, some-
 times by the struggle of air that is enclosed and
 striving for an exit, sometimes by heat produced
 either by the sun or by the simple ramming to-
 gether and friction of large bodies.

13. At this point, if you like, we may ask why a 1
 whirlwind occurs. In the case of rivers it usually
 happens that as long as the rivers move along without
 obstruction their channels are uniform and straight.
 When they run into some boulder projecting on the
 side of the bank they are forced back and their
 waters twist in a circle with no way out. Thus they
 are swirled around, sucked into themselves, and form
 a whirlpool. In the same way the wind blows in 2
 full force as long as nothing obstructs it. When it is

⁵ *vagorum* Leo, Gercke, Alexander.

⁶ *vorticem* V.

SENECA

repercussus est aut locorum¹ coeuntium in canalem devexum tenuemque collectus, saepius in se volutatur similemque illis quas diximus converti aquis² 3 facit verticem.³ Hic ventus circumactus et eundem ambiens locum ac se ipsa vertigine concitans turbo est. Qui si pugnacior est ac diutius volutatus, inflammatur et efficit quem *πρηστῆρα* Graeci vocant; hic est igneus turbo. Sic⁴ fere omnia pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus armamenta rapiantur et totae naves in sublime tollantur.

4 Etiamnunc quidam⁵ venti diversos ex se generant et impulsum aera in alias quoque partes quam in quas ipsi inclinavere dispergunt. Illud quoque dicam quod mihi occurrit. Quemadmodum stillicidia, quamvis iam inclinent se et labantur, nondum tamen effecere lapsum, sed ubi plura coiere et turba vires dedit, tunc fluere et ire dicuntur, sic, quamdiu leves sunt aeris motus agitati pluribus locis,⁶ nondum ventus est; tunc esse incipit, cum omnes illos miscuit et in unum impetum contulit. Spiritum a vento modus separat; vehementior enim spiritus ventus est, invicem spiritus leniter fluens aer.

1 14. Repetam nunc quod in primo dixeram edi e

¹ *iugorum* Alexander.

² *aquas* ES.

³ *vorticem* V.

⁴ Gercke, *Oltramare* for *haec* HPEZV; *hic* AB². Alexander suggests *ad haec, fere omnia pericula*.

⁵ *et nunc quia* ABV.

⁶ *ventis* ABV,

NATURAL QUESTIONS V, 13, 2-14. 1

beaten back by some projecting height or is collected in the thin downward channel of a canyon, the wind often revolves upon itself and makes an eddy similar to those waters which we said are altered into whirlpools. This wind, revolving and passing round the same spot and gathering momentum by its very rotation, is a whirlwind. If it is fairly violent and has been revolving a fairly long time, it ignites and makes what the Greeks call *Prester*; that is, a fiery whirlwind.¹ Winds that have burst their way from the clouds generally produce all the disasters whereby tackle is carried away and entire ships are lifted into the air. 3

Also, some winds generate from themselves different winds by scattering the air and driving it in other directions also than the one in which the winds themselves were moving. I will say something which also occurs to me: drops of moisture do not yet manage to fall even though they have already started downwards and are slipping; but when many drops have come together and mass has given them strength, then they are said to flow and move. In the same way, as long as there are only slight movements of an atmosphere which is agitated at several points there is not yet wind. Wind begins to develop at the same time that it combines all those movements and concentrates them in a single effort. The degree of movement separates air from wind; for the more violently moving air is wind. On the other hand, gently flowing atmosphere is air. 4

14. Let me repeat now what I said in the first 1

¹ Lucretius (6.422-540) and Pliny (2.133) refer to this fiery whirlwind.

SENECA

specu ventos recessuque interiore terrarum. Non tota solido contextu terra in imum usque fundatur, sed multis partibus cava et

caecis suspensa ¹ latebris,

aliubi aquis plena,² aliubi habet inania sine umore.³

- 2 Ibi etiamsi nulla lux discrimen aeris monstrat, dicam tamen nubes nebulasque in obscuro consistere. Nam ne haec quidem supra terras, quia videntur, sunt, sed, quia sunt, videntur; illic quoque nihilo minus ob id sunt quod non videntur flumina. Illic scias licet nostris paria sublabi, alia leniter ducta, alia in confragosis locis praecipitando sonantia. Quid ergo? Non illud aequè dabis esse aliquos et sub terra lacus et quasdam aquas sine exitu stagnare?
- 3 Quae si ita sunt, necesse est et illud: aera onerari oneratumque incumbere et ventum propulsu suo concitare. Et ex illis ergo subterraneis nubibus sciemus nutriri inter obscura flatus,⁴ cum tantum virium fecerint⁵ quanto aut terrae obstantiam auferant aut aliquod apertum ad hos efflatus iter

¹ Ovid has *obscura*.

² Haase, Geroke, Oltramare for *aliubi habet* HP¹Z; *alicubi habet* Eλ; *alia* ABV.

³ *lumine* V.

⁴ *flatus qui cum* Garrod.

⁵ *dum tantum virium ceperint* Alexander.

¹ Above, Chapter Four.

² Ovid *Met.* 1.388. The words are incorrectly quoted by

NATURAL QUESTIONS V, 14. 1-3

part of this book, that winds issue from caves and recesses in the interior of the earth.¹ The whole earth is not constructed of solid texture all the way to the bottom, but is hollow in many places and

suspended
over dark recesses.²

In some places it has voids filled with water, in other places voids without moisture. Even though 2
no light is there to show differences in atmosphere, I will say that, none the less, clouds and mist exist in the gloom. For even these do not exist above ground merely because they are seen, but they are seen because they exist. Also, by the same reasoning, rivers are no less existent under the earth merely because they are not seen. You must understand that down there rivers as large as our own glide along, some flowing gently, others resounding in their tumbling over the broken ground. What then? Will you not equally allow that there are some lakes underground and some waters stagnating there without an exit? If true, this also necessarily follows: 3
air is laden with moisture and when laden it exerts pressure and the pressure itself stirs up wind. Therefore, we will understand that blasts of wind from these subterranean clouds are nurtured in darkness when they have made sufficient strength to overcome the resistance of the earth or seize some

Accordingly, let us have great courage in the face 10 of that disaster, which can neither be averted nor foreseen. Let us stop listening to those who have renounced Campania and who have emigrated after this catastrophe and say they will never visit that district again. For who promises them better foundations for this or that soil to stand on? All 11 places have the same conditions and if they have not yet had an earthquake, they none the less can have quakes. Perhaps this night or, before tonight, this day will split open the spot where you stand securely. How do you know whether conditions are better in those places against which fortune has already exhausted her strength or in those places which are supported on their own ruins henceforth? We are 12 mistaken if we believe any part of the world is exempt and safe from the danger of an earthquake. All regions lie under the same laws: nature has not created anything in such a way that it is immobile. Some things fall at one time, others at another, and just as in large cities one home here another home there is propped up, so on the globe of earth now this part now that has a flaw.

SENECA

- 13 Tyros aliquando infamis ruinis fuit; Asia duodecim urbes simul perdidit; anno priore Achaiam et Macedoniam,¹ quaecumque est ista vis mali quae incurrit nunc Campaniam, laesit. Circumit fatum et, si quid diu praeterit, repetit. Quaedam rarius sollicitat, saepius quaedam; nihil immune esse et
14 innoxium sinit. Non homines tantum, qui brevis et caduca res nascimur, urbes oraeque terrarum et litora et ipsum mare in servitutem fati venit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunae, et felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est levitas, habituram in aliquo pondus ac
15 moram credimus. Et perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non venit id ipsum supra quod stamus stabile non esse. Neque enim Campaniae istud aut Achaiae sed omnis soli vitium est, male cohaerere et ex causis pluribus solvi et summa manere, partibus ruere.
- 1 2. Quid ago?² Solacium adversus pericula rara promiseram. Ecce undique timenda denuntio. Nego quicquam esse quietis aeternae, quod perire possit et perdere. Ego vero hoc ipsum solacii loco pono, et quidem valentissimi, quando quidem sine remedio timor stultis est: ratio terrorem prudentibus excutit; imperitis magna fit ex desperatione securi-

¹ Fortunatus for *in Achaia et Macedonia* HPEZS.

² ergo ABV.

NATURAL QUESTIONS VI, I. 12-2. I

Tyre was once notorious for its ruinations. Asia 13
lost twelve cities at one time.¹ Last year the same
disastrous force, whatever it is, that now has fallen
upon Campania, struck Achaia and Macedonia.
Fate travels in a circuit and returns to a place it has
long passed by. Some regions it rarely troubles,
others it disturbs frequently. But it permits nothing
to be immune and unharmed. Not only we men, who 14
are born short-lived and frail things, but cities also,
and regions and coasts of earth, and even the sea,
are slaves of fate. None the less we promise our-
selves that benefits from fortune will be permanent,
and we believe that happiness, whose fickleness is the
most fleeting of all human affairs, will in some person
have stability and duration. And since men prom- 15
ise themselves that all things are perpetual it does
not enter the mind that the very land on which we
stand is unstable. The flaw in Campania or Achaia
exists not only there but in every ground. The earth
stays together poorly and is disintegrated by many
causes; it is permanent as a whole but its parts col-
lapse.

2. What am I up to? I had promised solace 1
against dangers that are rare. Instead I am now
reporting dangers to be feared on all sides. I say
that there is no lasting peace for anything that can
perish and cause to perish. But I place this fact in
the category of solace, actually a very powerful
solace, since fear without remedy is what foolish
men have. Reason frees wise men from terror, and
for the uneducated great confidence comes from

¹ Tacitus (*Ann.* 2.47) describes the collapse of these twelve cities in Asia and names them. The date was A.D. 17.

SENECA

- 2 tas. Hoc itaque generi humano dictum puta quod illis subita captivitate inter ignes et hostem stupentibus dictum est:

Una salus victis nullam sperare salutem.

- 3 Si vultis nihil timere, cogitate omnia esse metuenda. Circumspicite quam levibus causis discutiamur. Non cibus nobis, non umor, non vigilia, non somnus sine mensura quadam salubria sunt. Iam intellegitis nugatoria esse nos et imbecilla corpuscula,¹ fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unum periculi nobis est quod tremunt terrae, quod subito dissipantur ac superposita deducunt!
- 4 Magni se aestimat qui fulmina et motus terrarum hiatusque formidat. Vult ille imbecillitatis sibi suae conscius timere pituitam? Ita videlicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, in hanc magnitudinem crevimus! Et ob hoc, nisi mundi partibus motis, nisi caelum intonuerit, nisi terra subsederit, perire non
- 5 possumus! Unguiculi nos et ne totius quidem dolor sed aliqua ab latere eius scissura conficit! Et ego timeam terras trementes, quem crassior saliva suffocat? Ego extimescam emotum sedibus suis mare et ne aestus maiore quam solet cursu plus

¹ *corpora* EB.

¹ Virgil *Aen.* 2.354.

² Catarrh was a persistent ailment of Seneca (cf. *Ep.* 78.1).

NATURAL QUESTIONS VI, 2. 1-5

despair. So, consider that this statement was made 2
to the human race, which was addressed to men dazed
by sudden entrapment between fire and enemy:

The one safety
For the conquered
Is to hope
For no safety.¹

If you wish to fear nothing, consider that every- 3
thing is to be feared. See how we are shattered by
only trivial causes. Neither food, drink, waking, or
sleeping is healthful for us without certain limi-
tations. You will soon realize that we are insignifi-
cant, weak little bodies, unstable, to be destroyed
by a slight effort. Undoubtedly, the only danger to
us is the lands trembling, suddenly breaking up and
dragging down all that is situated on their surface.

The man who fears lightning bolts, earthquakes, 4
and gaping cracks in the ground esteems himself
highly. But is he willing to be aware of his own
frailty and to fear a cold in the head? *That*, to be
sure, is how we were born, have been allotted such
goodly limbs, have grown to this stature! And for
this reason we are not able to die unless sections of
the world are moved, unless the sky thunders, unless
the earth settles! The pain of a fingernail, and not 5
even of the whole nail but just a split on one side of it,
finishes us off! Also, should *I* fear an earth tremor
because a thick catarrh chokes me?² Am *I* to fear
the sea moved from its place and the tide with a
greater rush than usual, pulling more water and

Today it would probably be diagnosed as a chronic upper
respiratory infection.

SENECA

aquarum trahens superveniat, cum quosdam strangulaverit potio male lapsa per fauces? Quam stultum est mare horrere, cum scias stillicidio perire te posse!

- 6 Nullum maius solacium est mortis quam ipsa mortalitas; nullum autem omnium istorum quae extrinsecus terrent quam quod innumerabilia pericula¹ in ipso sinu sunt. Quid enim dementius quam ad tonitrua succidere et sub terram correpere² fulminum metu? Quid stultius quam timere nutationem³ terrae aut subitos montium lapsus et irruptiones maris extra litus eiecti, cum mors ubique praesto sit et undique occurrat nihilque sit tam exiguum quod non in perniciem generis humani satis valeat?
- 7 Adeo non debent nos ista confundere, tamquam plus in se mali habeant quam vulgaris mors, ut contra, cum sit necessarium e vita exire et aliquando emittere animam, maiore perire ratione iuvet. Necesse est mori ubicumque, quandoque; stet licet ista humus et se teneat suis finibus nec ulla iactetur iniuria, supra me quandoque erit. Quid⁴ interest, ego illam mihi an ipsa se mihi imponat?
- 8 Diducitur et ingenti potentia nescio cuius mali rumpitur et me in immensam altitudinem abducit. Quid porro? Mors levior in plano est? Quid habeo quod querar, si rerum natura me non vult iacere

¹ *exempla* ABV.

² *correpere* Erasmus for *corripere* HPE; *se corripere* ABV; *corruere* ZS.

³ *mutationem* λ.

⁴ *Quid* supplied by Gercke, Oltramare.

NATURAL QUESTIONS VI, 2. 5-8

drowning me when a drink has strangled some people as it slipped down the throat the wrong way? How foolish to fear the sea when you know you can die from a drop of water!

There is no greater solace in dying than mortality 6
itself. Moreover, of all those dangers which terrify us from without there is no solace greater than the realization that there are innumerable dangers in our own bosoms. For what is more insane than to collapse at the noise of thunder and to creep underground from fear of lightning bolts? What is more foolish than to fear the earth's swaying or the sudden collapse of mountains or the eruptions of a sea cast beyond the shore, when death is present everywhere and meets us on all sides, and nothing is so lacking in strength that it is not strong enough to destroy the human race? These dangers ought not to throw us 7
into confusion, as though they contained more evil than a common death. So true is this that, on the contrary, when it is necessary to leave this life and some time give up the ghost, it should be a joy to die in a grander manner. It is necessary to die somewhere, some time. Although the ground is stable and keeps itself within its own limits and is not tossed about by any violence, it will some day be above me. What difference does it make whether I place the ground on me or the ground places itself on me?

The earth is split and burst by the great power 8
of I know not what calamity and carries me off into the immense depths. So what? Is death easier on a level surface? What do I have to complain about if nature does not want me to lie in an ordinary

SENECA

9 ignobili leto,¹ si mihi inicit sui partem? Egregie Vagellius² meus in illo inclito carmine:

inquit,³

Si cadendum est,

E caelo cecidisse velim.

Idem mihi⁴ licet dicere: si cadendum est, cadam orbe concusso, non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solacium est terram quoque videre mortalem.

- 1 3. Illud quoque proderit praesumere animo nihil horum deos facere nec ira numinum aut caelum converti⁵ aut terram; suas ista causas habent nec ex imperio saeviunt sed quibusdam vitiis, ut corpora nostra turbantur, et tunc, cum facere videntur, 2 iniuriam accipiunt. Nobis autem ignorantibus verum⁶ omnia terribiliora sunt, utique quorum metum raritas auget; levius accidunt familiaria; ex insolito formido maior est. Quare autem quicquam nobis insolitum est? Quia naturam oculis, non ratione, comprehendimus, nec cogitamus quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit. Damus

¹ *lecto* λ; *loco* ABV.

² *Vagellius* S; *vero agellius* ABV.

³ *inquit mihi* HPESA; *mihi* deleted by Gercke, Oltramare.

⁴ *mihi* supplied by Gercke, Oltramare.

⁵ *concuti* AV; Alexander proposes *nec iram numinum aut caelum conqueri aut terram*.

⁶ *unde veniant* ABV (instead of *verum*).

¹ We do not know of any Latin poet named Vagellius. Attempts to emend the manuscripts to read Valgius (Valgius Rufus, a poet friend of Horace), Gallio (Seneca's brother), or a hypothetical A. Gellius are all mere guesses.

NATURAL QUESTIONS VI, 2. 8-3. 2

death, if she places upon me a part of herself? My friend Vagellius¹ expresses it well in that famous poem of his:

If I must fall,

he says,
I would prefer to fall
From heaven.

I might say the same thing: if I must fall, let me fall with the world shattered, not because it is right to hope for a public disaster but because it is a great solace in dying to see that the earth, too, is mortal.

3. It will help also to keep in mind that gods cause none of these things and that neither heaven nor earth is overturned by the wrath of divinities.² These phenomena have causes of their own;³ they do not rage on command but are disturbed by certain defects, just as our bodies are. At the time they seem to inflict damage they actually receive damage. All these phenomena are terrible to us since we do not know the truth, and all the more terrible since the rarity of their occurrence increases our fear. Familiar things affect us lightly. The fear from unusual occurrences is greater. But why is anything unusual to us? Because we comprehend nature with our eyes, not our reason. We do not reflect upon what nature can do but only on what she has done. Accordingly, we pay the penalty for this negli-

¹ Pliny (2.200) says every earthquake at Rome was a warning of something about to happen.

² Seneca (*Dial.* 1.1.3) says that phenomena which seem irregular and without fixed purpose, such as earthquakes, do not happen without reason, but have their own cause.

SENECA

- itaque huius negligentiae poenas tamquam novis
3 territi, cum illa non sint nova sed insolita. Quid
ergo? Non religionem incutit mentibus, et
quidem publice, sive deficere sol visus est, sive luna
(cuius obscuratio frequentior) aut parte sui aut tota
delituit? Longeque magis illa, actae in transversum
faces et caeli magna pars ardens et crinita sidera et
plures solis orbis et stellae per diem visae subitque
transcursus ignium multam post se lucem trahentium?
- 4 Nihil horum sine timore miramur. Et cum
timendi sit causa nescire, non est tanti scire, ne
timeas? Quanto satius est causas inquirere, et
quidem toto in hoc intentum animo. Neque enim
illo quicquam inveniri dignius potest cui se non
tantum commodet, sed impendat.
- 1 4. Quaeramus ergo quid sit quod terram ab infimo
moveat, quod tanti molem ponderis pellat; quid
sit illa valentius quod tantum onus vi sua labefactet;
cur modo tremat, modo laxata subsidat, nunc in
partes divisa discedat et alias intervallum ruinae
suae diu servet, alias cito comprimat; nunc amnes
magnitudinis notae convertat introrsum, nunc novos
exprimat; aperiat aliquando aquarum calentium
venas, aliquando refrigeret, ignesque nonnumquam
per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen

NATURAL QUESTIONS VI, 3. 2-4. 1

gence in being terrified by things as new when they
are not new but merely unusual. What, therefore? 3
Does it not inspire religion in men's minds, and even
on a nationwide scale, if the sun is seen in eclipse,
or the moon (whose eclipses are more frequent) is
obscured in part or entirely? And this is far more
so in the case of torches driven across the scene,
much of the sky burning, comets, several suns, stars
appearing in the daytime, and the sudden passage of
fires dragging a long trail of light after them.

We marvel at none of these phenomena without 4
fear. And since the cause of fear is ignorance, is it
not worth a great deal to have knowledge in order not
to fear? It is much better to investigate the causes
and, in fact, to be intent on this study with the
entire mind. For nothing can be found worthier than
a subject to which the mind not only lends itself but
spends itself.

4. Let us ask, then, what it is that moves the earth 1
from the depths, what pushes such a great mass of
weight; what is stronger than the earth that by its
force it can shake so great a load. Let us investigate
why the earth sometimes trembles, sometimes
collapses and sinks, now is divided into sections and
gapes open; why in one place it preserves for a long
time the gap caused by its destruction, in other
places it quickly compresses it again. Why at one
time does it channel within itself rivers of note-
worthy size, and at another time causes new rivers
to appear. Why does it sometimes open veins of
hot water, sometimes makes the water cold, and
sometimes emits fire through a previously unknown
opening of a mountain or a rock, but at other times

SENECA

emittat, aliquando notos et per saecula nobiles supprimat.¹ Mille miracula movet faciemque mutat locis et defert montes, subrigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit. Haec ex quibus causis accidant, digna res excuti.

2 Quod, inquis, erit pretium operae? Quo nullum maius est, nosse naturam. Neque enim quicquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa habeat futura usui, quam quod hominem² magnificentia sui detinet nec mercede sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo quid sit propter quod haec accidant. Quorum adeo est mihi dulcis inspectio ut, quamvis aliquando de motu terrarum volumen iuvenis ediderim, tamen temptare me voluerim et experiri aetas aliquid nobis aut ad scientiam aut certe ad diligentiam adiecerit.

1 5. Causam qua terra concutitur alii in aqua esse, alii in ignibus, alii in ipsa terra, alii in spiritu putaverunt, alii in pluribus, alii in omnibus his; quidam liquere ipsis³ aliquam ex istis causam esse dixerunt, sed non liquere quae esset.

2 Nunc singula persequar. Illud ante omnia mihi dicendum est opiniones veteres parum exactas esse et rudes. Circa verum adhuc errabatur; nova omnia erant primo temptantibus; postea eadem illa limata sunt. Et, si quid inventum est, illis nihilominus

¹ *supprimat* Z Ultramare; *comprimat* most MSS.

² *omnes* ABV.

³ *sibi* ABV.

NATURAL QUESTIONS VI, 4. 1-5. 2

suppresses fires that have been known and famous for ages? An earthquake produces a thousand strange things and changes the appearance of places and carries away mountains, elevates plains, pushes valleys up, raises new islands in the sea. What causes these things to happen is a subject worth investigating.

What, you ask, will make it all worth while? To 2
know nature—no reward is greater than this. Although the subject has many features which will be useful, the study of this material has nothing more beautiful in itself than that it involves men in its magnificence and is cultivated not for profit but for its marvellousness. Let us examine, then, why these phenomena occur. The investigation of them is so appealing to me that, even though at one time as a young man I published a volume on earthquakes, none the less I would wish to test myself and find out whether age has added anything to me in the way of knowledge or at any rate in the way of diligence.

5. Some think the cause of earthquakes exists in 1
water, others in fire, or in the earth itself, or even in the air, or in several of these elements, or in all of them. Certain writers have said that it was clear to them that some cause of earthquakes came from those elements; but it was not clear what the cause was.

I will now pursue each theory. Before anything 2
else, I must say that the old theories are crude and inexact. Men were still in error about the truth. Everything was new for men who were making the first attempts. Later these same theories were refined. Yet, if anything has been discovered, it

SENECA

referri debet acceptum; magni animi res fuit rerum naturae latebras dimovere nec contentum exteriore eius aspectu introspicere et in deorum secreta descendere. Plurimum ad inveniendum contulit
3 qui speravit posse reperiri. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit; nec in hac tantum re omnium maxima atque involutissima, in qua, etiam cum multum actum erit,¹ omnis tamen aetas quod agat inveniet, sed et in omni alio negotio longe semper a perfecto fuere principia.

1 6. In aqua causam esse nec ab uno dictum est nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat umore portari et innare,² sive illud oceanum vocas, sive magnum mare, sive alterius naturae simplicem adhuc aquam et umidum elementum. Hac, inquit, unda³ sustinetur orbis velut aliquod grande navigium et grave his aquis quas premit.

2 Supervacuum est reddere causas propter quas existimat gravissimam partem mundi non posse spiritu tam tenui fugacique gestari; non enim nunc de situ terrarum sed de motu agitur. Illud argu-

¹ *actum erit* λ; *acti erit* most MSS.; *erit quesitum* AV.

² *in mare* Z¹λ; *mare* OS; *in mari* ABV.

³ *aqua* P.

¹ Seneca presents Thales' theory and objects to it in Book 3. 14.1. Apparently Thales envisaged no globe but only a

NATURAL QUESTIONS VI, 5. 2-6. 2

none the less ought to be acknowledged as having been received from them. It was the achievement of a great spirit to move aside the veil from hidden places and, not content with the exterior appearance of nature, to look within and to descend into the secrets of the gods. The man who had the hope that the truth could be found made the greatest contribution to its discovery. And so the ancients must be listened to, indulgently. Nothing is completed while it is beginning. This is true not only in this subject (which is the greatest and most complex of all), but in every other business as well. Even though much will have been done on this subject every age will none the less find something to do. As in every other subject, the first beginnings have always been far away from the completed knowledge. 3

6. The cause of earthquakes is said to be in water by more than one authority but not in the same way. Thales¹ of Miletus judges that the whole earth is buoyed up and floats upon liquid that lies underneath, whether you call it the ocean, the great sea, or consider it the as yet elementary water of a different character and call it merely a humid element. The disc is supported by this water, he says, just as some big heavy ship is supported by the water which it presses down upon. 1

It is pointless for me to give the reasons for his belief that the heaviest part of the universe cannot be carried by air, which is so tenuous and mobile; for the point now does not deal with the location of the earth but with earthquakes. By way of proof that 2

flat disc of lands floating on water. To Seneca the whole earth is a globe of land and water.

SENECA

menti loco ponit aquas esse in causa quibus hic orbis agitetur, quod in omni maiore motu erumpunt fere novi fontes, sicut in navigiis quoque evenit ut, si inclinata sunt et abierunt in latus, aquam sorbeant, quae in omni†¹ eorum onerum†² quae vehit, si³ immodice depressa sunt, aut superfunditur aut certe dextra sinistraque solito magis surgit.

- 3 Hanc opinionem falsam esse non est diu colligendum. Nam, si terra aqua sustineretur et ea aliquando concuteretur, semper moveretur, nec agitari illam miraremur sed manere; deinde tota concuteretur, non ex parte; numquam enim navis dimidia iactatur. Nunc vero terrarum non univrsarum sed ex parte motus est. Quomodo ergo fieri potest ut, quod totum vehitur, totum non agitetur,
- 4 si eo quo vehitur agitatum est? “ At quare aquae erumpunt? ” Primum omnium saepe tremuit terra et nihil umoris novi fluxit. Deinde, si ex hac causa unda prorumperet, a lateribus terrae circumfunderetur, sicut in fluminibus ac mari videmus incidere ut incrementum aquarum, quotiens navigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tam exigua fieret quam tu⁴ dicis eruptio nec velut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio ut ex infinito liquore et ferente universa.

¹ *vi omni* Gercke (instead of *in omni*).

² *onerum* most MSS.; *onere* Koeler, *Oltramare*; *oneri* ABV.

³ *vehit situ, si* Alexander.

⁴ *quantum* HPZ (instead of *quam tu*).

NATURAL QUESTIONS VI, 6. 2-4

waters exist as the cause of earthquakes and that the earth is agitated by these waters, he proposes this: in every great earthquake new springs usually break out, just as it also happens that if ships tilt and lean to one side they take in water. In the case of all heavy objects which water carries, if they are submerged considerably, the water either flows over them or at least the water rises on the right or left more than usual.¹

It need not take long to deduce that Thales' theory 3
is false. For, if the earth were supported by water
and sometimes shaken by it, there would always be
earthquakes and we would not be amazed that the
earth is shaken but that it remains at rest. Finally,
the whole earth would be shaken, not just a part;
for never is half a ship tossed about. As things are,
a quake is not over the entire earth but on a part of
it. Therefore, how can it happen that what is
carried as a whole is not shaken as a whole if it is
shaken by that which carries it? "But why do 4
waters break out?" First of all, there has often
been an earthquake and yet no new liquid flowed.
Second, if water did burst forth for this reason it
would pour around the sides of the earth, as we see
happens in the case of rivers and the sea; just as when
boats sink the increase of water appears mainly over
the sides. Finally, no such scanty eruption of water
as *you* say would ever occur, nor would it seep in like
bilge-water through a crack, but a huge deluge
would be the result of liquid that is infinite and
supports all that the earth consists of.

¹ Some readings in this sentence are uncertain.

SENECA

- 1 7. Quidam motum terrarum aquae imputaverunt, sed non ex eadem causa. Per omnem, inquit, terram multa aquarum genera decurrunt. Aliubi perpetui amnes, quorum navigabilis etiam sine adiutorio imbrium magnitudo est; hinc Nilus per aestatem ingentes aquas invehit; hinc, qui medius inter pacata et hostilia fluit, Danuvius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens et Europam Asiamque disterminans, alter Germanos, avidam belli gentem,
- 2 repellens. Adice nunc patentissimos lacus et stagna populis inter se ignotis circumdata et ineluctabiles navigio paludes, ne ipsis quidem inter se pervias quibus incoluntur; deinde tot fontes, tot capita fluminum subitos et ex occulto amnes vomentia,¹ tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus, quorum vires quam repentinae tam breves.
- 3 Omnis aquarum et intra terram natura faciesque est. Illic quoque aliae vasto cursu² deferuntur et in praeceps volutae cadunt; aliae languidiores in vadis refunduntur et leniter ac quiete fluunt. Quis autem neget vastis illas receptaculis concipi et cessare multis inertes locis? Non est diu probandum ibi multas aquas esse ubi omnes sunt; neque enim sufficeret

¹ *Ultramarē suggests amne se evomentia.*

² *impetu ABV.*

¹ Aristotle 2.7.365b 1-5; Democritus' theory is that water in cavities of the earth becomes blocked by additional rain-water and causes an earthquake when it forces its way out. Also, Democritus believes that earthquakes are caused by the

NATURAL QUESTIONS VI, 7. 1-3

7. Some other writers also attribute earthquakes 1
to water but with different explanations. Through-
out the entire earth, one of them says, run many
different kinds of water.¹ In some places there are
perpetual rivers large enough to be navigable, even
without the help of rains. For example, there is
the Nile, which carries great quantities of water all
summer. Elsewhere, rivers flow midway between
the pacified and the hostile; for example, the Danube
or the Rhine, one checking the attacks of Sarmatians
and marking a boundary between Europe and Asia,²
the other keeping back the Germans, a nation eager
for war. Consider now the very wide lakes and 2
inland waters surrounded by people unknown to each
other, and swamps a boat cannot struggle through,
impassable even for those who live on the edges.
Then there are many springs, many sources of rivers
disgoring sudden streams from hidden places, many
rushing torrents that come together on an occasion,
whose force is as brief as it is sudden.

Also within the earth there is every type and variety 3
of water. There also some are carried down with a
huge rush and fall tumbling headlong. Others,
more slow moving, back up in shallows and flow gently
and quietly. No one can deny that waters form in
vast reservoirs and lie motionless in many places
underground. There is no need of drawn-out proof
that many waters are there in the place where all
waters exist; for the earth would not be able to

movement of water in underground passages from land
saturated with water to parched land.

² The Danube was not usually regarded as a boundary
between Europe and Asia.

SENECA

4 tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito multoque funderet. Si hoc verum est, necesse est aliquando illic annis excrescat et relictis ripis violentus in obstantia incurrat; sic fiet motus alicuius partis in quam flumen impetum dedit et quam, donec decrescat, verberabit. Potest fieri ut aliquam regionem rivus affluens exedat ac sic trahat aliquam molem, qua lapsa superposita quatiantur.

5 Iam vero nimis oculis permittit nec ultra illos scit producere animum, qui non credit esse in abdito terrae sinus maris vasti. Nec enim video quid prohibeat aut obstet quominus habeat aliquod etiam in abdito litus per occultos aditus receptum mare, quod illic quoque tantundem loci teneat aut fortassis hoc amplius quod¹ superiora cum tot animalibus erant dividenda; abstrusa enim et sine possessore deserta liberius undis vacant.

6 Quas quid vetat illic fluctuare et ventis quos omne intervallum terrarum et omnis aer creat impelli? Potest ergo maior solito exorta tempesta aliquam partem terrarum impulsam vehementius commovere. Nam apud nos quoque multa quae procul a mari fuerant subito eius accessu vapulaverunt et villas in prospectu collocatas fluctus qui longe audiebatur invasit. Illic quoque potest recedere ac resurgere²

¹ *quo* HPEAV.

² Haase, Gercke, Oltramare for *retegere* most MSS.; *reicere* Z.

NATURAL QUESTIONS VI, 7. 3-6

produce so many rivers unless it poured them out from a reservoir, and an ample one. If this is so, it must be that sometimes under the earth a river becomes swollen and, leaving its banks, violently attacks anything in the way. Thus there will be a movement of the earth at some place which the river has attacked. The river will lash at it until the river decreases. It can happen that the flowing stream eats away some region and in so doing drags down a certain mass; at its collapse the surfaces above are shaken. 4

Now truly a man permits too much to his eyes and does not know how to project his mind beyond them if he does not believe that bays of a vast sea exist in the hidden depths of the earth. I see nothing to prevent or oppose the sea from entering the earth through hidden openings, and from having some sort of coast even in the concealed depths. Also, there the sea occupies as much or perhaps more space than here because the upper regions had to be shared by so many living creatures. Whereas, the hidden regions are deserts without owners and are more freely accessible to water. 5

What prevents the underground water from fluctuating and from being driven by winds which every opening in the earth and every part of the atmosphere creates? A storm rising greater than usual is able to move violently any part of the lands beaten by it. For on our surface also many places which have been far from the sea have been lashed by its sudden approach, and the tide which used to be heard in the distance has invaded villas located in sight of the sea. Down there also the sea below can rise up and 6

SENECA

pelagus infernum, quorum neutrum fit sine motu
superstantium.

- 1 8. Non quidem existimo diu te haesitaturum an
credas esse subterraneos amnes et mare absconditum.
Unde enim ista prorepunt, unde ad nos veniunt, nisi
2 quod origo umoris inclusa est? Age! Cum vides
interruptum Tigrin in medio itinere sicari et non
universum averti, sed paulatim non apparentibus
damnis minui primum, deinde consumi, quo illum
putas abire nisi in obscura terrarum, utique cum
videas emergere iterum non minorem eo qui prius
fluxerat?¹ Quid? Cum vides Alpheon, celebratum
poetis, in Achaia mergi et in Sicilia rursus traiecto
mari effundere amoenissimum fontem Arethusam?
3 Nescis autem inter opiniones quibus enarratur
Nili aestiva² inundatio et hanc esse, e terra illum
erumpere et augeri non supernis aquis sed ex intimo
redditis? Ego quidem centuriones duos quos Nero
Caesar (ut aliarum virtutum ita veritatis in primis
amantissimus) ad investigandum caput Nili miserat,
audivi narrantes longum ipsos iter peregisse, cum a
rege Aethiopiae instructi auxilio commendatique
4 proximis regibus ad ulteriora penetrassent. " Post

¹ fuerat PABV.

² inestimata ABV.

NATURAL QUESTIONS VI, 7. 6-8. 4

recede, neither of which movements occur without shaking the earth above.

8. I do not suppose you will hesitate long about 1
whether you believe there are rivers and a hidden sea
underground. Where do rivers on the surface creep
from, where do they come to us from, if the source of
wetness is not shut up in the earth? Come on! 2
When you see the Tigris interrupted and dried up in
mid-journey, not diverted as a whole, but gradually,
with no apparent loss, first diminished and then wasted
away, where do you think it goes if not to dim
depths of the earth, especially since you see it emerge
again no smaller than the size which flowed before?
What about this? When you see Alpheus, cele-
brated by poets, sink in Achaia and, crossing the sea,
pour forth again in Sicily the very pleasant spring of
Arethusa?

Moreover, do you not know that among the theories 3
by which the summer inundation of the Nile is
explained there is also this: it bursts forth from the
earth and is swollen not by waters from above but
by waters given out by the earth's interior? In fact,
I have listened to two centurions whom Nero sent to
investigate the source of the Nile ¹ (just as he is very
enthusiastic about the other virtues so he is especially
devoted to the truth). They said that when they
had been supplied with help by the king of Ethiopia
and had been recommended to the neighbouring
kings they completed a long journey and
penetrated to very distant parts. "After many 4

¹ Pliny 6.181: Planning an attack on Ethiopia, Nero sent an exploring party of praetorians who reported nothing there but a desert.

SENECA

multos dies," sicut illi¹ quidem aiebant, "pervenimus ad immensas paludes, quarum exitum nec incolae noverant nec sperare quisquam potest, ita implicatae aquis herbae sunt et aquae nec pediti eluctabiles nec navigio, quod nisi parvum et unius capax limosa et obsita palus non fert. Ibi," inquit, "vidimus duas petras, ex quibus ingens vis fluminis excidebat."

5 Sed sive caput illa, sive accessio est Nili, sive tunc nascitur, sive in terras ex priore recepta cursu redit—nonne tu credis illam, quicquid est, ex magno terrarum lacu ascendere? Habeant enim oportet pluribus locis sparsum umorem et in imo² coactum, ut eructare tanto impetu possint.

1 9. Ignem causam motus³ quidam, et quidem non ignobiles,⁴ iudicant, imprimis Anaxagoras, qui existimat simili paene ex causa et aera concuti et terram. Cum in inferiore parte spiritus crassum aera et in nubes coactum eadem vi⁵ qua apud nos quoque nubila frangi solent rupit et ignis ex hoc collisu nubium cursuque elisi aeris emicuit, hic ipse in obvia

¹ *post multos dies, sicut illi* supplied by Oltramare; "*dein*" *ut quidem aiebant*, "*pervenimus*" Alexander; "*Et quidem, aiebant, pervenimus*" Haase.

² Gercke, Oltramare for *uno* MSS.

³ *motus terrarum* ABV.

⁴ supplied by Oltramare for *et quidem non* Z; *et quidam non* H; *et quidam sed non ob eandem causam* EST.

⁵ Fortunatus for *eadem via* MSS.

¹ This vegetation is the "sudd," which is still a hindrance to boats going up the Nile.

NATURAL QUESTIONS VI, 8. 4-9. 1

days," so they said, " we came to huge swamps, the way out of which neither the natives knew nor could anyone hope to know; the vegetation¹ was so entangled in water and the water impassable on foot or by boat, because the muddy overgrown marsh does not support anything except a small boat large enough for only one man. There," he said, " we saw two rocks from which a great quantity of river-water fell."²

But whether that is the source³ of the Nile or only an addition to it; whether it is born there or merely returns to the surface from an earlier passage underground—do *you* not think that, whatever the reason, the water ascends from a great lake under the earth? For it must be that the earth has moisture scattered in many places and collected in the depths so as to be able to disgorge it with such violence.

9. Some authorities, and indeed men of high reputation, suppose that fire is the cause of earthquakes. Anaxagoras especially estimates that both the atmosphere and the earth are shaken by just about the same cause. Moving air in the lower region inside the earth bursts the atmosphere, which is thick and compacted into clouds, with the same force that clouds in our part of the world are usually broken open. Fire flashes out from this collision of clouds and from the rush of air that is forced out. This fire, seeking an exit, runs against anything it

² These two rocks may be the Veins of the Nile which Seneca describes in Bk. 4.2.7.

³ The real sources of the Nile were unknown until the early part of the second century when one Diogenes found or heard with some accuracy about the true sources.

SENECA

incurrit exitum quaerens ac divellit repugnantia, donec per augustum aut nactus est viam exeundi ad caelum aut vi et iniuria fecit.

- 2 Alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat et proxima quaeque consumat; quae si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium quae subiectis adminiculis destitutae labant, donec corruerunt, nullo occurrente quod onus exciperet; tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur, aut cum diu dubitaverunt super ea se quae supersunt stantque
- 3 componunt. Hoc apud nos quoque videmus accidere, quotiens incendio laborat pars civitatis; cum exustae trabes sunt aut corrupta quae superioribus firmamentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt et tam diu deferuntur atque incerta sunt, donec in solido resederunt.
- 1 10. Anaximenes ait terram ipsam sibi causam esse motus nec extrinsecus incurrere quod illam impellat, sed intra ipsam et ex ipsa. Quasdam enim partes eius decidere, quas aut umor resolverit aut ignis exederit aut spiritus violentia excusserit; sed, his quoque cessantibus, non deesse propter quod ali-

¹ Aristotle 2.7.365a 20: Anaxagoras says that air, which naturally moves upward, causes earthquakes when it is trapped in cavities beneath the earth by rainwater clogging the upper parts of the earth. Aristotle objects to Anaxagoras' explanation and makes no mention of the fire that Seneca includes in the theory.

² Aristotle (2.7.365b 6-20) gives a different version: Anaximenes says that when the earth is in the process of becoming

NATURAL QUESTIONS VI, 9. 1-10. 1

meets and tears apart anything that resists it until either it finds a way out to the sky through narrow passages or makes a way out by force and destruction.¹

Other authorities also conclude that the cause of earthquakes is fire, but for a different reason: buried fire breaks out in many places and as it blazes away it burns everything near it. If ever the places fall when they have been eaten away, then there follows a movement of those parts of the earth which are deprived of the support which lies underneath, and they slip until they collapse since nothing rushes in to receipt their weight. Then chasms, then vast gulfs are opened or, when they have hesitated a long time, they settle down over those things which are still standing under them. We see this happen also right in front of us when a section of a city suffers from fire. When beams are burned through or the members which gave support to the upper stories are destroyed, then the roofs, after trembling a long time, collapse, and waver for some time in their descent until they come to rest on something solid. 2 3

10. Anaximenes says that the earth itself is the cause of its earthquakes and that the earth does not encounter from outside something that shakes it but something within itself and of itself.² For, he says, certain parts of the earth fall in, which either moisture has dissolved or fire has eaten away or a blast of air has shattered; but even if these elements are not active, he says, there are other reasons that some 1

hot or dry it breaks up and is shaken by falling ground. Aristotle disagrees. Ammianus (17.7.12) ascribes this theory to Anaximander, the teacher of Anaximenes.

SENECA

quid abscedat aut revellatur. Nam primum omnia vetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute
2 est; haec solida quoque et magni roboris carpit. Itaque, quemadmodum in aedificiis veteribus quaedam non percussa tamen decidunt, cum plus ponderis habuere quam virium, ita in hoc universo terrae corpore evenit ut partes eius vetustate solvantur, solutae cadant et tremorem superioribus afferant; primum, dum abscedunt, nihil enim utique magnum sine motu eius cui haesit absciditur; deinde, cum deciderunt, solido exceptae resiliunt pilae more, quae, cum cecidit, exultat ac saepius pellitur, totiens a solo in novum impetum missa. Si vero in stagnantibus aquis delatae¹ sunt, hic ipse casus vicina concutit fluctu, quem subitum vastumque illisum ex alto pondus eiecit.

1 11. Quidam ignibus quidem assignant hunc tremorem, sed aliter. Nam, cum pluribus locis ferveant, necesse est ingentem vaporem sine exitu volvant, qui vi sua spiritum intendit et, si acrius² institit, opposita diffundit;³ si vero remissior fuit, nihil amplius quam movet. Videmus aquam spumare igne subiecto; quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis illum facere credamus, cum violentus ac vastus ingentes aquas excitat; tunc ille vaporazione fluctuantium undarum quicquid pulsaverit agitur.

¹ Gercke, *Oltramare* for *delata* HEZA; *demissa* P; *delapsa* B.

² *arvis* ABV.

³ *diffundit* E; *diffundit* most MSS.

NATURAL QUESTIONS VI, IO. I-II. I

part of the earth moves away or is torn away. In the first place, all things totter from length of time and nothing is safe from age; age wastes away even these very strong and solid objects. Accordingly, in old buildings when some sections have more weight than strength they fall even though they are not knocked off. The same thing happens in this whole body of the earth: its parts are loosened by age, and once loosened they fall and cause a tremor to the parts above them. The parts first do this when they give way, for nothing big is cut away without moving whatever it adhered to; then when they fall they meet something solid and rebound like a ball. When a ball falls it leaps up and bounces repeatedly, as many times as it is sent back from the ground into a new flight. Moreover, if parts of the earth have been carried down in stagnant waters, this fall by itself shakes the vicinity with a wave ejected by the sudden mass which has been shot down from above.

11. Some, indeed, attribute earthquakes to fire but give different explanations. When heat grows intense in many places it necessarily rolls up an enormous cloud of vapour that has no way out and causes strain on the air by its force. If the vapour exerts excessive pressure it breaks through all that opposes it; but if it is fairly moderate it causes nothing more than a movement of the earth. We see water foam up when fire is put under it. What happens in the case of a small quantity of enclosed water we may believe happens much more when violent, extensive fire stirs up great quantities of water. Then by the vaporization of the billowing water the fire causes whatever it strikes to shake.

SENECA

- 1 12. Spiritum esse qui moveat et plurimis et maximis auctoribus placet. Archelaus, antiquitatis diligens,¹ ait ita: venti in concava terrarum deferuntur; deinde, ubi iam omnia spatia plena sunt et in quantum aer potuit densatus est, is qui supervenit spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus
- 2 plagis primo cogit, deinde proturbat. Tum ille quaerens locum omnes angustias ² dimovet et claustra sua conatur effringere; sic evenit ut terrae, spiritu luctante et fugam quaerente, moveantur. Itaque, cum terrae motus futurus est, praecedat aeris tranquillitas et quies, videlicet quia vis spiritus quae concitare ventos solet in inferna sede retinetur. Nunc quoque, cum hic motus in Campania fuit, quamvis hiberno tempore et inquieto, per superiores dies caelo aer stetit.
- 3 Quid ergo? Numquam flante vento terra concussa est? Admodum raro. Duo simul flavere venti; fieri tamen et potest et solet. Quod si recepimus et constat duos ventos rem simul gerere, quidni ³

¹ *Archelaus, physicus, ut est captus antiquitatis, diligens* Garrod, *Oltramare*; *Archelaus antiquus inquisitor satis diligens* Alexander.

² *omnia obstacula* ABV.

³ *Fortunatus* for *quidnam* HPEZ; *quid inde* ABV.

¹ Archelaus was closely associated with Anaxagoras. Ammianus (17.7.11) ascribes this theory to Anaxagoras.

NATURAL QUESTIONS VI, 12. 1-3

12. It is a favourite theory of most of the greatest 1
authorities that it is moving air which causes earth-
quakes. Archelaus,¹ a scholar accurate in matters
of ancient times, says as follows: winds are carried
down into cavities of the earth; then, when all the
spaces are filled and the air is thickened as much as
it can be, the moving air which comes in on top of it
compresses the air that was there first and pushes it
and with frequent blows first packs it together then
forces it out. Then in seeking room the air unblocks 2
all the narrow passageways and tries to break out of its
enclosure. In this way it comes about that the earth
is moved, when the moving air is struggling and
searching for a way out. And so, a calm and quiet
condition of the atmosphere precedes the period when
there will be an earthquake, obviously because the
force of air which usually stirs up the winds is retained
in the interior of the earth.² At this time too when
the earthquake occurred in Campania, even though
it was the restless season of the winter, the air
in space remained still throughout the preceding
days.

But what about this: has the earth never been 3
shaken when the wind was blowing? Very rarely.
Two winds may blow at the same time; indeed, not
only can it happen but it is usual. If we accept this

Pliny (2.192) says that earthquakes are unquestionably caused
by winds. The reading and meaning are doubtful. Archelaus
himself belonged to antiquity and to say that he was diligent
about ancient times seems idle here.

² Pliny 2.192: earth tremors never occur except when the
air is calm because all the air is withdrawn and shut up in
the veins and hidden cavities of the earth. Ammianus
(17.7.11) says the same.

SENECA

accidere possit ut alter superiorem aera agitet, alter infernum?

days shorter; for, from the equinox it immediately inclines and gives more space to the night. It hides the stars. Although the sun is much larger than the earth it does not burn it up but fosters it by controlling its heat in an alternately more intense and more subdued degree. It never causes the moon to be full unless it is opposite, nor dims it by phases unless it is oblique. Yet we do not note these things as long as the usual order is preserved. If something is disturbed or flashes out beyond the customary we look at it, ask about it, point it out—so natural it is to marvel more at the new than at the great. 4

The same thing happens in the case of comets. 5 If a rare fire, and one of unusual shape, appears everyone wants to know what it is and, ignoring the other celestial phenomena, asks about the newcomer, uncertain whether he ought to admire or fear it. For there is no lack of people who create terror and predict dire meanings of it. And so, people ask again and again and want to know whether it is an omen or a star. But, by Hercules, no one could study anything more magnificent or learn anything more useful than the nature of the stars and planets, whether they are of concentrated flame, which our eyes and the light itself flowing from them and the heat descending from them attests, or whether they are not flaming orbs at all but solid and sort of earthy bodies which slip through fiery tracks and take from them brightness and heat, and are not bright on their own account. 6

There have been many great men of this opinion; 7 they believe that stars are packed together from a hard substance and feed on fire that is not their own.

SENECA

pascentia. Nam per se, inquiunt, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret et a quo teneretur, conglobatamque nec stabili inditam corpori profecto iam mundus turbine suo dissipasset.

- 1 2. Ad haec investiganda proderit quaerere num¹ cometae condicionis eiusdem sint cuius superiora. Videntur enim cum illis quaedam habere communia: ortus et occasus, ipsam quoque, quamvis spargatur et longius exeat, faciem; aequae enim ignei splendidi que sunt. Itaque, si omnia terrena sidera sunt, his quoque eadem sors erit; si vero nihil aliud sunt quam purus ignis manensque mensibus senis nec illos conversio mundi solvit et velocitas, illa quoque possunt et tenui constare materia nec ob hoc discuti assiduo caeli circumactu.
- 3 Illo quoque pertinebit haec excussisse ut sciamus utrum mundus terra stante circumeat an mundo stante terra vertatur. Fuerunt enim qui dicerent nos esse quos rerum natura nescientes ferat, nec caeli motu fieri ortus et occasus, nos ipsos² oriri et occidere. Digna res contemplatione, ut sciamus in quo rerum statu simus, pigerrimam sortiti an velocissimam sedem, circa nos deus omnia an nos agat.
- 1 3. Necessarium est autem veteres ortus cometarum habere collectos; deprehendi enim propter raritatem

¹ non P¹Z.

² nos ipsos Z Ultramarē; most MSS. omit nos.

¹ E.g. Aristarchus of Samos (c. 300 B.C.) suggested that the earth moves round the sun.

NATURAL QUESTIONS VII, I. 7-3. I

For, they say, flame by itself would scatter unless it had something to hold to and by which it was held; and if flame were merely massed together and not set within a stable body, then surely the universe by its own whirling motion would already have scattered it.

2. It will be worth while in this investigation to 1
inquire whether comets have the same nature as the planets and stars I spoke about above. A comet seems to have certain things in common with them: rising and setting, the same appearance, although a comet is scattered and extends farther. It is also fiery and bright. And so, if all planets are earthy 2
bodies, comets will also have the same condition. But if comets are nothing but a pure fire which remains for six months at a time and they are not broken up by the turning and speed of the universe, then stars, too, can consist of thin matter and are not scattered by this continuous rotation of the sky.

Also, it will be relevant to investigate these matters 3
so that we may know whether the universe travels around while the earth stands still or whether the earth turns while the universe stands still. For there have been people ¹ who say that we are the ones whom nature causes to move, even though we are unaware of it, and that rising and setting does not happen from a motion of the sky but we ourselves rise and set. The subject deserves study so that we may know what our status is, whether we possess the most inactive abode or a very swift one, whether god causes all things to move around us or causes us to move around.

3. However, it is necessary to have a record of the 1
rising of comets in times past. Because of their

SENECA

eorum cursus adhuc non potest, nec explorari an vices servent et illos ad suum diem certus ordo producat.

- Nova haec caelestium observatio est et nuper in
- 2 Graeciam invecta. Democritus quoque, substilissimus antiquorum omnium, suspicari se ait plures stellas esse quae currant, sed nec numerum illarum posuit nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Graeciam transtulit. Hic tamen de cometis nihil dicit; ex quo apparet ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc partem
- 3 elaboratam. Conon postea, diligens et ipse inquisitor, defectiones quidem solis servatas¹ ab Aegyptiis collegit, nullam autem mentionem feci cometarum, non praetermissurus, si quid explorati apud illos comperisset.
- 1 4. Duo certe, qui apud Chaldaeos studuisse se dicunt, Epigenes et Apollonius Myndius,² peritissimus inspiciendorum natalium,³ inter se dissident. Hic

¹ *observatas* Gercke.

² *Myndius* Z Oltramare; *mindius* HFT; *mundius* Eλ; *medicus* ABV.

³ *natalium* Schott, Gercke, Oltramare for *naturalium* MSS.

¹ Aristotle (1.6.342b 27–29) credits Democritus (and Anaxagoras) with the theory that a comet is the result of light coming from planets in conjunction, which Seneca rejects (below, Chapter Twelve) partly by insisting that the number of planets is limited to five.

² Eudoxus of Cnidus was a pupil of Plato.

³ Catullus (66) says that Conon discovered the Lock of

NATURAL QUESTIONS VII, 3. 1-4. 1

rarity their path cannot yet be understood, nor can it be determined whether they maintain sequences and whether a definite pattern causes them to reappear at a particular time.

This observation of celestial bodies has been recently brought into Greece and is new. Democritus, the most accurate of all the ancients, says that he suspects there are more stars on the move, but he does not give their number or their names, since the orbits of the five planets had not yet been comprehended.¹ Eudoxus was the first one to bring knowledge of these orbits from Egypt into Greece.² Yet he says nothing about comets, from which it appears that this part of astronomy had not been worked on even by the Egyptians, who had a very great interest in the sky. Later, Conon, himself a diligent inquirer, actually collected the eclipses of the sun recorded by the Egyptians.³ However, he made no mention of comets, and yet he would not likely have passed them by if he had learned anything definite among the Egyptians.

4. Certainly, two authorities, who say they studied among the Chaldaeans, disagree with each other, Epigenes and Apollonius of Myndus,⁴ the latter highly skilled in casting horoscopes. Apollonius says

Berenice transformed into a constellation. Conon of Samos belongs to the first half of the third century.

⁴ Epigenes and Apollonius of Myndos cannot be dated. All we know of Apollonius is what Seneca tells us. Epigenes is cited by Pliny, Aetius, and Plutarch. Oltramare believes they were contemporaries of Seneca rather than predecessors of Posidonius, others believe that Seneca knew their theories only from Posidonius' works. Pliny (7.193) speaks well of Epigenes as an "authority of the first rank."

SENECA

enim ait cometas in numero stellarum errantium poni a Chaldaeis tenerique cursus eorum. Epigenes contra ait Chaldaeos¹ nihil de cometis habere comprehensi, sed videri illos accendi turbine quodam aeris concitati et intorti. Primum ergo, si tibi videtur, opiniones huius ponamus ac refellamus.

- 2 Huic videtur plurimum virium habere ad omnes sublimium motus stella Saturni. Haec, cum proxima signa Marti premit aut in lunae viciniam transit aut in solis incidit radios, natura ventosa et frigida contrahit pluribus locis aera conglobatque; deinde, si radios solis assumpsit, tonat fulguratque; si Martem
- 3 quoque consentientem habet, fulminat. Praeterea, inquit, aliam materiam habent fulmina, aliam fulgurationes. Aquarum enim et omnis umidi evaporationo splendores tantum caeli citra² ictum minaces movet; illa autem calidior sicciorque terrarum exhalatio fulmina extundit. Trabes vero et faces, quae
- 4 modo fiunt: cum umida terrenaque in se globus aliquis aeris clausit, quem turbinem dicimus, quacumque fertur, praebet speciem ignis extenti, quae tam diu durat quam diu mansit aeris illa complexio umidi intra se terrenique multum vehens.
- 1 5. Ut a proximis mendaciis incipiam, falsum est faces et trabes exprimi turbine. Turbo enim circa

¹ ait Chaldaeos HPZ Oltramare; ait se a Chaldaeis ABV Gercke.

² contra H; circa B.

NATURAL QUESTIONS VII, 4. 1-5. 1

that the Chaldaeans place comets in the category of planets and have determined their orbits; Epigenes, on the contrary, says that the Chaldaeans have no understanding of comets but that to them comets seem to be on fire from some sort of turbulence in aroused and twisted atmosphere. Therefore, first of all, if it seems all right to you, let us set forth Epigenes' theories and refute them.

The planet Saturn seems to Epigenes to exert the greatest power on all the motions of the celestial bodies. When it presses upon the constellation closest to Mars or passes into the moon's vicinity or encounters the rays of the sun, since it is windy and cold by nature, it attracts and collects air in many places. Then, if Saturn absorbs the rays of the sun there is thunder and lightning flashes. If it also has Mars in conjunction there are lightning bolts. In addition, he says, lightning bolts have one material, lightning flashes another. For the evaporation of water and of all moisture produces only flashes in the sky, threatening but not actually delivering a blow. However, the warmer and drier exhalation of the earth forces out lightning bolts. But Beams and Torches, which differ from each other only in size occur this way: when some globe of air, which we call a whirlwind, shuts up moist and earthy elements within itself, wherever it travels it presents the appearance of an extended fire which lasts as long as that tangle of air remains, carrying within itself a great quantity of moist and earthy elements.

5. To begin with the most obvious falsehoods: it is untrue that Torches and Beams are squeezed out by a whirlwind. For a whirlwind is conceived and carried

SENECA

- terras concipitur ac fertur ideoque arbusta radicitus vellit et, quacumque incubuit, solum nudat, silvas interim et tecta corripens, inferior fere¹ nubibus, utique numquam altior. At contra trabes editior caeli pars ostentat; itaque numquam nubibus ob-
- 2 stiterunt. Praeterea turbo omni nube velocius rapitur et in orbem vertitur; super ista velociter desinit et ipse se vi sua rumpit. Trabes autem non transcurrunt nec praetervolant ut faces, sed comorantur et in eadem caeli parte collucent.
- 3 Charmander quoque, in eo libro quem de cometis composuit, ait Anaxagorae visum grande insolitumque caelo lumen magnitudine amplae trabis et id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit, antequam Burin et Helicen
- 4 mare absconderet. Aristoteles ait non trabem illam sed cometen fuisse; ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem sed, procedente tempore, cum iam minus flagraret, redditam suetam² cometis faciem.³ In quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur, nihil tamen magis quam quod, ut ille fulsit in caelo, statim supra Burin et Helicen mare fuit.
- 5 Numquid ergo Aristoteles non illam tantum sed omnes trabes cometas esse credebat hanc habentes⁴

¹ fertur ABV.

² suetam Garrod, Oltramare for suam MSS.

³ cometae facem Gercke.

⁴ credebat? Hanc habetis HPZ.

NATURAL QUESTIONS VII, 5. 1-5

along near the earth. Thus it tears up trees by the roots, and wherever it has pressed hard it lays bare the ground, meanwhile carrying off forests and houses. It is generally lower than the clouds, certainly never higher. But on the contrary the higher part of the sky displays Beams. And so, Beams never stood so as to block off the clouds. Besides, a whirlwind is carried along more rapidly than any cloud and spins in a circle; in addition it ceases suddenly and breaks itself apart by its own force. But beams do not run or fly across the way Torches do, but stay and shine in one part of the sky. 2

Also, Charmander¹ says, in that book he wrote on comets, that a large and unusual light of the size of a great Beam was seen in the sky by Anaxagoras and shone for many days. Callisthenes reports that a similar likeness of an extended fire appeared just before the sea covered Buris and Helice. Aristotle says that this was not a Beam but a comet.² Moreover, he says that because of its excessive brightness the fire did not appear scattered but as time went on and it blazed less it recovered the usual appearance of a comet. In that fire there were many worthy things which should be noted, but nothing more so than the fact that when it flashed in the sky the sea immediately covered Buris and Helice. 4

Did Aristotle believe, then, that not only this one but all Beams are comets, with this difference, that 5

¹ Only Seneca mentions Charmander.

² According to Aristotle (1.6.343b 18) the "great comet," as he calls it (cf. 1.6.343b 1; 1.7.344b 34), occurred in the archonship of Asteius (373-372 B.C.). He makes no mention of the comet's change of appearance.

SENECA

differentiam quod his continuus ignis est, ceteris sparsus? Trabes enim flammam aequalem habent nec ullo loco¹ intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse in illa de qua modo rettuli Callisthenes tradit.

- 1 6. Duo, inquit Epigenes, cometarum genera sunt. Alii ardorem undique effundunt nec locum mutant; alii in unam partem ignem vagum in modum comae porrigunt et stellas praetermeant, quales duo aetate nostra visi sunt. Illi priores criniti undique et immoti humiles fere sunt et isdem causis quibus trabes facesque conflantur ex intemperie aeris turbidi multa secum arida umidaque terris exhalata versantis.
- 2 Potest enim spiritus per angusta elisus accendere² supra se positum aera plenum alimentis idoneis igni, deinde propellere et³ niti donec⁴ ex aliqua causa refluat rursus ac remittatur, deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere et eundem locum inflammare. Videmus enim ventos per complures dies ad constitutum redire; pluviae quoque et alia tempestatum genera ad praescriptum revertuntur.
- 3 Ut breviter autem voluntatem eius exprimam, eadem fieri ratione hos cometas existimat qua fiunt ignes turbine eiecti; hoc unum interest quod illi

¹ modo E.

² ascendere OABV.

NATURAL QUESTIONS VII, 5. 5-6. 3

Beams have a continuous fire, comets a scattered fire? For Beams have an even flame, not interrupted at any point or dull but collected in the end parts like the fire Callisthenes reported was in the one which I just mentioned.

6. There are, Epigenes says, two types of comets. 1
Some pour out fire in all directions and do not change position. Others extend a vague fire like hair in one direction and travel among the stars, like the two seen in our own time. The first type has hair on all sides, is motionless, generally low, and is produced by the same causes as Beams or Torches; that is, blown into flame by the intemperance of disturbed air which rolls about within itself many dry and wet exhalations from the earth. For moving air, driven through 2
narrow openings, is able to set fire to the atmosphere which is located above it and is full of nourishment suitable for fire. Then the air is able to drive the atmosphere forward, and shove it until, for some reason or another, the air flows backwards and loses its force; then it can rise on the next and the following days and set fire to the same place. For we see winds return at a fixed time for several days. Rains, also, and other kinds of inclement weather return at a prescribed period.

However, to express his idea briefly, Epigenes 3
supposes that these comets occur for the same reason that fires occur when they are ejected by a whirlwind. There is this one difference, namely that

³ Oltramare for *ex* MSS.; *ea* Madvig; *eum* Gercke.

⁴ *niti donec* Madvig, Oltramare for *nitido nec* Z; *nitido ne* in most of the MSS.

SENECA

turbines ex superiore parte in terras deprimuntur, hi de terra in superiora eluctantur.

- 1 7. Adversus haec multa dicuntur. Primum, si ventus in causa esset, numquam cometes sine vento appareret; nunc autem et quietissimo aere apparet. Deinde, si vento fieret, cum vento caderet; et, si vento inciperet, cresceret vento eoque esset ardentior quo ille incitator. His accedit illud quoque quod ventus multas aeris partes impellit, cometes uno loco apparet; et ventus in sublime non pervenit, cometae autem visuntur¹ supra quam ire ventis licet.
- 2 Transit deinde ad illos quos ait certiozem habere stellarum speciem, qui² et procedunt et signa praetereunt. Hos ait ex isdem causis fieri quibus illos quos dixit humiliores; hoc tamen interesse quod terrarum exhalationes multa secum arida ferentes celsiorem petant partem et in editiora caeli aquilone pellantur.
- 3 At³ si illos aquilo propelleret, ad meridiem semper agerentur, quo ventus hic nititur. Atqui varie cucurrerunt, alii in ortum, alii in occasum, omnes in flexum; quod iter non daret ventus. Deinde, si aquilonis illos impetus a terris in altum levaret, aliis ventis non orirentur cometae. Atqui oriuntur.

¹ nascuntur A¹B.

² quia Z.

³ at supplied by Gercke, Oltramare.

NATURAL QUESTIONS VII, 6. 3-7. 3

whirlwinds are pressed down to the earth from the upper regions while comets struggle up from earth to the upper regions.

7. Many arguments are stated against these views of Epigenes. First, if wind existed as a cause a comet would never appear without wind; whereas, a comet appears in a very quiet atmosphere also. Second, if a comet came from wind it would fall with the wind; and, if it began with the wind it would grow with the wind and would be brighter the more aroused the wind is. To these refutations add this also: the fact that a wind pushes forward many sections of the atmosphere while comets appear in only one spot. Also, wind does not come into the upper regions, but comets are seen higher than winds are permitted to reach. 1

Epigenes then crosses over to those comets which he says have a more definite resemblance to stars and which move forward in the sky and pass by the constellations. These, he says, occur from the same causes as those which he called the lower comets. Yet they have this difference, namely that the exhalations from the earth carrying with them many dry elements seek the higher region and are driven by the North Wind into the more elevated parts of the sky. 2

But if the North Wind propelled them they would always be driven towards the south in the direction the wind strikes. Yet comets run in various directions, some to the east, others to the west, all in a curve; a path which the wind would not provide. Finally, if the impetus of the North Wind lifted them from earth to the upper regions comets would not rise with other winds. Yet they do. 3

SENECA

- 1 8. Illam nunc rationem eius (utraque enim utitur) refellamus. Quicquid umidi aridique terra efflavit, cum in unum coit, ipsa discordia corporum spiritum versat in turbinem; tunc illa vis venti circumeuntis, quicquid intra se comprehendit, cursu suo accendit et levat in altum ac tam diu manet splendor ignis expressi quamdiu alimenta sufficiunt; quibus desinentibus et ipse subsidit.
- 2 Qui hoc dicit, non notat qualis sit turbinum cursus et qualis cometarum. Illorum rapidus ac violentus et ipsis ventis citatior est, cometarum lenis et qui per diem noctemque quantum transierit abscondat. Deinde turbinum motus vagus est et disiectus et, ut Salustii verbis utar, verticosus, cometarum autem compositus et destinatum iter carpens.
- 3 Num quis nostrum crederet lunam aut quinque sidera rapi vento aut turbine rotari? Non, ut puto. Quare? Quia non est illis perturbatus et impotens cursus. Ad cometas idem transferamus: non confuse nec tumultuose eunt, ut aliquis credat illos causis
- 4 turbulentis et inconstantibus pelli. Deinde, etiamsi vertices isti comprehendere terrena umidaque et ex humili in altum exprimere possent, non tamen supra lunam efferrent; omnis illis usque in nubilum vis est. Cometas autem immixtos stellis videmus per superiora labentes. Ergo veri simile non est in tantum

NATURAL QUESTIONS VII, 8. 1-4

8. Now let us refute the following theory of his 1
(for he uses both theories). The earth exhales dry
and humid elements; when they combine, the very
discord of the elements turns the air into a whirl-
wind. Then that force of revolving wind sets on
fire by its very motion whatever it catches within
itself and lifts it on high, and the gleam of the fire
that is forced out remains as long as the nutriments
last. But when the fuel fails the fire itself also sub-
sides.

Whoever says this sort of thing does not notice 2
what kind of movement whirlwinds and comets have.
The motion of whirlwinds is rapid and violent and
swifter than winds themselves, that of comets is slow
and one which conceals how much they have traversed
in a day and a night. Finally, the movement of
whirlwinds is unpredictable and erratic and—to use a
word of Sallust's—eddying, but that of comets is
regular and sticks to a route which has a destination.

Would any one of us believe that the moon or 3
the five planets are carried along by the wind or
revolved by a whirlwind? No, I think. Why?
Because their motion is not irregular and uncontrolled.
Let us transfer this same observation to comets.
They do not move confusedly or chaotically to such an
extent that someone might believe they are driven
by turbulent and irregular forces. Besides, even if 4
those air turbulences could contain earthy and humid
substances and could force them from below to the
heights they still could not carry them above the
moon. All their force is on this side of the clouds.
But indeed, we see comets mixed in with the stars,
gliding through the upper regions. Therefore, it is

SENECA

spatium perseverare turbinem, qui, quo maior est, maturius corrumpitur.

- 1 9. Utrumlibet itaque eligat; aut levis vis tam alte¹ pervenire non poterit, aut magna et concitata citius ipsa se franget.

Praeterea humiliores illi cometae ob hoc, ut putat, non exeunt altius quia plus terreni habent; gravitas illos sua in proximo tenet. Atqui necesse est in his cometis diuturnioribus celsioribusque plenior materia sit; neque enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur.

- 2 Dicebam modo non posse diu verticem permanere nec supra lunam aut usque in stellarum locum crescere. Nempe efficit turbinem plurium ventorum inter ipsos luctatio. Haec diu non potest esse. Nam cum vagus et incertus spiritus convolutatus est, novissime
3 uni vis omnium cedit. Nulla autem tempestas magna perdurat. Procellae, quanto plus habent virium, tanto minus temporis. Venti, cum ad summum venerunt, remittuntur. Omnis² violentia necesse est ipsa concitatione in exitium³ sui tendat.⁴ Nemo itaque turbinem toto die vidit, ne hora quidem; mira velocitas eius et mira brevitatis est. Praeterea violentius celeriusque in terra circaque eam volvitur; quo excelsior, eo solutior laxiorque est, et ob hoc

¹ tam alte Muret, Oltramare; iam alte Z; tantum BV; tamen HP; in altum Gercke.

² omnis Oltramare; omni MSS.; omnia violenta Madvig, Gercke.

³ exitium HPV; exitum most MSS.

⁴ tendat Z Oltramare for tendant in most MSS.

NATURAL QUESTIONS VII, 8. 4-9. 3

improbable that a whirlwind continues over such a great space, for the larger a whirlwind is the more quickly it is broken up.

9. Let Epigenes, then, choose whichever alternative he wants: either a light force will be unable to rise very high, or a large and disturbed force will break itself up quickly. 1

Furthermore, as Epigenes thinks, these lower comets do not travel very high because they have too much earthy substance. Their own weight keeps them close to the proximity of the earth. And yet in those other comets, the ones that are longer lasting and higher, there must be more plentiful material. For they would not appear for such a long time unless they were sustained by a greater nourishment.

I was saying recently that turbulent air cannot 2
continue very long nor rise above the moon or grow up to the place of the stars. Obviously, it is the struggling of many winds among themselves which produces a whirlwind. Such a struggle cannot last long. For when wandering and irregular moving air has become convoluted the force of all the winds eventually yields to one wind. Moreover, a large 3
storm does not last. The more strength squalls have, the less time they have. Winds diminish when they reach their maximum. It needs be that all violence by its very impetuosity tends towards its own destruction. Consequently, no one has seen a whirlwind last an entire day or even an hour; its speed is startling and its brevity is amazing. Besides, on the earth and around it a whirlwind flies more violently and swiftly. The higher it is the less cohesive and compact it is, and for this reason it is

SENECA

4 diffunditur.¹ Adice nunc quod, etiamsi in summum pertenderet, ubi sideribus iter est,² utique ab eo motu qui universum trahit solveretur. Quid enim est illa conversione mundi citatius? Hac omnium ventorum in unum congesta vis dissiparetur et terrae solida fortisque compages, nedum particula aeris torti.

1 10. Praeterea manere in alto non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoque permanet turbo. Quid porro tam incredibile est quam in turbine longior mora, utique ubi³ motus motu contrario vincitur? Habet enim suam locus ille vertiginem, quae rapit caelum

Sideraque alta trahit celerique volumine torquet.

Et ut des ei aliquam advocationem, quod fieri nullo modo potest, quid de his cometis dicetur qui senis mensibus apparuerunt?

2 Deinde duo debent esse motus eodem loco, alter ille divinus et assiduus, suum sine intermissione peragens opus, alter novus et recens et turbine illatus; necesse est ergo alter alteri impedimento sit. Atqui quia⁴ lunaris illa orbita ceterorumque supra lunam meantium motus irrevocabilis est nec haesitat usquam

¹ Gercke adds *citius* before *diffunditur*.

² *interest* HP (instead of *iter est*).

³ *utique ubi* Z Oltramare for simply *ut* in most MSS.

⁴ *quia* supplied by Gercke, Oltramare.

NATURAL QUESTIONS VII, 9. 3-10. 2

dissipated. Add now the fact that even if it reached 4
the highest region, where the stars have their path,
a whirlwind would be especially broken up by the
motion which carries along the universe. For what
is more rapid than the turning of the world? By
means of this rotation the force of all winds, even if
gathered in one place, would be dissipated, and so
would the solid and powerful structure of the earth,
to say nothing of a little bit of twisted air.

10. Besides, fire carried there in a whirlwind 1
cannot remain on high unless the whirlwind itself
also remains. What further is so unbelievable as
a whirlwind of long duration, especially when the
motion of the whirlwind is overcome by the con-
trary motion of the sky? For that region has its
own whirling, which carries the sky along:

And pulls the high stars
And spins them
In a rapid whirl.¹

And even though you grant to that whirling some
delay of action (which is totally impossible), what will
be said of those comets which have appeared for six
months at a time?

Then there must be two motions in the same place, 2
one divine and continuous, performing its task with-
out interruption, the other a new, recent motion
carried by the whirlwind. So one motion must
necessarily impede the other. And yet the lunar
orbit, and the movements of the other bodies travel-
ling above the moon, is invariable. It nowhere

¹ Ovid *Met.* 2.71.

SENECA

nec resistit nec dat ullam nobis suspicionem obiectae sibi morae, fidem non habet turbinem, violentissimum et perturbatissimum tempestatis genus, in medios siderum ordines pervenire et inter disposita ac tranquilla versari. Credamus ignem circumactō turbine
3 accendi et hunc expulsum in sublime praeberē nobis opinionem speciemque sideris longi; puto, talis esse debet quale est id quod ignem efficit; turbine autem rotunda facies est (in eodem enim vestigio versatur et columnae modo circumagentis se volvitur); ergo ignem quoque qui inclusus est similem esse illi oportet. Atqui longus est et disiectus minimeque similis in orbem coacto.

1 11. Epigenem relinquamus et aliorum opiniones persequamur. Quas antequam exponere incipiam, illud imprimis praesumendum est cometas non in una parte caeli aspici nec in signifero tantum orbe sed tam in ortu quam in occasu, frequentissime tamen
2 circa septentrionem. Forma eis,¹ ut nomen,² est una. Quamvis enim Graeci discrimina fecerint eorum quibus in morem barbae flamma dependet et eorum qui undique circa se velut comam spargunt et eorum quibus fusus quidem est ignis sed in verticem tendens, tamen omnes isti eiusdem notae sunt cometarum
3 taeque recte dicuntur. Quorum cum post longum

¹ Leo, *Oltramare* for *eius* in most MSS.

² *ut nomen* Leo, *Oltramare* for *non* MSS.

NATURAL QUESTIONS VII, 10. 2-11. 3

hesitates or stops, nor does it give us any indication of an obstacle delaying it. Therefore it is unbelievable that a whirlwind, the most violent and turbulent type of storm, reaches right into the groups of stars and is active among ordered and tranquil bodies. Let us suppose that fire is kindled by the whirlwind as it is driven around and that this fire is expelled to the heights and gives us the impression and appearance of an elongated star. I think the shape of the fire ought to be the same sort as that which produces the fire. However, the shape of a whirlwind is round. For, it moves in the same track and revolves like a column that is turning round and round. Therefore, the fire which is enclosed ought to be like a whirlwind. And yet the fire is elongated and scattered and not at all like something round-shaped. 3

11. Let us leave Epigenes and go on to the theories of others. Before I undertake to describe them I must first state that comets are seen not in one part only of the sky or only in the one area of the zodiac but they are seen as much in the east as in the west; most frequently, however, towards the north. The shape is the same for all of them, just as the name is. It is true that the Greeks distinguish three types of comets: ¹ those from which the flame hangs down like a beard, those which scatter a sort of hair around them on all sides, and those which have indeed a kind of dispersed fire but stretching to a point. None the less, they all have the same characteristics and are correctly called comets. Since their shapes 3

¹ Aristotle gives only two types of comets, the *cometes* and the *pogonias* (1.7.344a 23-24). Pliny (2.89) ascribes to the Greeks only Aristotle's two terms.

SENECA

tempus appareant formae, inter se eos comparare difficile est. Illo ipso tempore quo apparent inter spectantes de habitu illorum non convenit sed, prout cuique acrior acies aut hebetior est, ita ait aut lucidiorem esse aut rubicundiozem et crines aut in interiora reductos aut in latera demissos. Sed, sive sunt aliquae differentiae illorum sive non sunt, eadem fiant ratione necesse est cometae. Illud unum constare debet praeter solitum aspici novam sideris faciem circa se dissipatum ignem trahentis.

- 1 12. Quibusdam antiquorum haec placet ratio. Cum ex stellis errantibus altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine facies longioris sideris redditur; nec hoc tunc tantum evenit, cum stella stellam attigit, sed etiam cum appropinquavit; intervallum enim quod inter duas est illustratur ab utraque inflammaturque et longum ignem efficit.
- 2 His illud respondebimus certum esse numerum stellarum mobilium, solere autem eodem tempore et has apparere et cometen, ex quo manifestum fit non illarum coitu fieri cometen sed proprium esse et
- 3 sui iuris. Etiamnunc frequenter stella sub altioris stellae vestigium venit; et Saturnus aliquando supra Iovem est et Mars Venerem aut Mercurium recta linea despicit, nec tamen propter hunc illorum concursum, cum alter alterum subit, cometes fit. Alio-

¹ Aristotle (1.6.342b 27-29) credits this theory to Anaxagoras and Democritus.

NATURAL QUESTIONS VII, II. 3-12. 3

appear only after long intervals it is difficult to compare them. Even at the time of their appearance there is no agreement among observers regarding their looks. According to whether an observer's eyesight is sharp or weak he asserts that the comet is bright or red and its hair is compressed within the interior or flowing on the sides. But whether or not there are any differences in them, comets are necessarily produced in the same explainable way. This one description ought to be generally agreed upon: an unusual star of strange appearance is seen trailing fire streaming around it.

12. Some of the ancient scholars¹ favour this 1
explanation: when one of the planets has come into conjunction with another the light of both blends into one and presents the appearance of an elongated star. This happens not only when planet touches planet but even when they only come close. For the space between the two planets lights up and is set aflame by both planets and produces a train of fire.

We will give this answer² to their theory: the 2
number of planets is fixed. Moreover, planets are usually visible when a comet also is seen to appear. Consequently it is obvious that a comet is not produced by a conjunction of planets but has its own existence and in its own right. Besides, frequently a planet 3
passes under the track of a higher planet. Saturn is often above Jupiter, and Mars looks vertically down on Venus or Mercury. And yet no comet is produced as a result of this coming together of planets, when one passes under the other. Otherwise, a comet

² Seneca follows Aristotle's refutation of the theory (1.6.343a 22-26).

SENECA

quin annis omnibus fieret; omnibus enim aliquae stellae in eodem signo simul sunt.

- 4 Si cometen faceret stella stellae superveniens, momento esse desineret. Summa enim velocitas transeuntium est, ideoque omnis defectio siderum brevis est quia cito illa idem cursus qui admovent abstrahit. Videmus solem et lunam intra exiguum tempus, cum obscurari coeperunt, liberari: quanto celerior debet fieri in stellis digressio tanto minoribus? Atqui cometae senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum stellarum conventu gignerentur; illae enim diu cohaerere non possunt et
- 5 necesse est illas lex celeritatis suae separet.¹ Praeterea ista nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus dissident; quomodo ergo potest altera stella usque ad alteram stellam ignem mittere, ita ut utraque iuncta videatur, cum sint ingenti regione diductae?
- 6 Stellarum, inquit, duarum lumen miscetur et praebet unius speciem, nempe sic quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum vespertina aut matutina flavescunt, quemadmodum arcus alterve sol visitur.²
- 7 Haec omnia primum magna vi efficiuntur; sol enim est qui ista succendit; stellarum non est eadem potentia. Deinde nihil horum nisi infra lunam in terrarum vicinia nascitur; superiora pura et sincera sunt et
- 8 coloris sui semper. Praeterea, si quid tale accideret,

¹ *semper agat* ABV.

² *vincitur* AV.

NATURAL QUESTIONS VII, 12. 3-8

would be produced every year, for every year some planets are in the same constellation simultaneously.

If a star made a comet by approaching another star the comet would cease to exist in a moment. For, the velocity of stars in transit is very great. Consequently, every eclipse of stars is brief because the same motion that brought them rapidly together separates them rapidly. We see the sun and the moon separate within a very short time after the eclipse has begun. The separation ought to be much quicker in the case of stars, which are much smaller. And yet comets remain for six months, which would not happen if they were produced by the conjunction of two planets. Planets are not able to stay together very long. The law of their own speed necessarily separates them. Besides, those stars only appear to us to be close. In fact, they are divided by immense distances. Therefore, how could one star transmit fire all the way to another star, in such a way that they both seemed joined, when they are separated by vast space?

The light of two planets, it is said, is mingled and gives the appearance of one; in the same way, to be sure, that a cloud turns pink from the rays of the sun, or as a cloud in the evening or morning sky turns orange, or as a rainbow or a second sun is seen.

First, all these phenomena are produced by a great force. It is the sun which illuminates them. Planets do not have that same power. Second, all these phenomena occur below the moon, in the vicinity of the earth. The upper regions are pure and without admixtures, always keeping their own colour. Besides, if any such phenomenon did occur

SENECA

non haberet moram sed extingueretur cito, sicut coronae quae solem lunamve cingunt intra brevissimum spatium exolescunt; ne arcus quidem diu perseverat. Si quid esset tale quo medium inter duas stellas spatium confunderetur, aequè cito dilaberetur; utique non in tantum maneret quantum morari cometae solent. Stellis intra signiferum cursus est; hunc premunt gyrum. At cometae ubique cernuntur; non magis certum est illis tempus quo appareant quam locus ullus ultra quem non exeant.

- 1 13. Adversus haec ab Artemidoro illa dicuntur: non has tantum stellas quinque discurrere, sed has solas observatas esse; ceterum innumerabiles ferri per occultum aut propter obscuritatem luminis nobis ignotas aut propter circulorum positionem talem ut tunc demum cum ad extrema eorum venere visantur. Ergo intercurrunt quaedam stellae, ut ait, nobis novae, quae lumen suum constantibus misceant et maiorem quam stellis mos est porrigant ignem.
- 2 Hoc ex his quae mentitur levissimum est. Tota eius enarratio mundi mendacium impudens est. Nam, si illi credimus, summa caeli ora solidissima est, in modum tecti durata et alti crassique corporis,
- 3 quod atomi congesti coacervatique¹ fecerunt. Huic proxima superficies ignea est, ita compacta ut solvi vitarique non possit; habet tamen spiramenta quaedam et quasi fenestras per quas ex parte

¹ *congestae coacervataeque* Z Oltramare.

NATURAL QUESTIONS VII, 12. 8-13. 3

it would not last; it would be quickly extinguished the way halos which encircle the sun or the moon fade within a very short space of time. Not even a rainbow lasts very long. If there were any such phenomena by which the space midway between two planets might be united it would disappear with equal rapidity. Certainly it would not remain as long as comets ordinarily do. The planets have their orbits within the zodiac; they influence this circle. But comets are observed everywhere. The time when they appear is no more fixed than the limits of space beyond which they may not pass.

13. Against such theories Artemidorus gives the following arguments: not these five planets only have erratic movements but these five are the only ones seen. However, innumerable planets move in secret, unknown to us either on account of the dimness of their light or because the position of their orbits is such that they are eventually seen only when they reach the extremities of those orbits. Therefore, as he says, certain planets appear, new to us, which mingle their light with the permanent stars and project a brighter fire than is usual in stars.

This is the least of the things he lies about. His whole account of the universe is a shameless falsehood. For example, if we believe him, the highest region of the sky is completely solid, hardened in the manner of a roof and of a deep and thick material formed by massed and accumulated atoms. The surface next to this is fiery and so compact that it cannot be disintegrated or flawed. Yet it has certain ventilators and windows, so to speak, through which fires flow in from the outer regions of the

SENECA

exteriore mundi influant ignes, non tam magni ut interiora¹ conturbent, qui rursus ex mundo in exteriora labuntur; itaque haec quae praeter consuetudinem apparent influxerunt ex illa ultra² mundum iacente materia.

- 1 14. Solvere ista quid aliud est quam manum exercere³ et in ventum iactare brachia? Velim tamen mihi dicat iste, qui mundo tam firma lacunaria imposuit, quid sit quare credamus illi tantam esse crassitudinem caeli. Quid fuit quod illo tam solida
- 2 corpora adduceret et ibi detineret? Deinde, quod tantae crassitudinis est, necesse est et magni ponderis sit; quomodo ergo in summo manent gravia? Quomodo illa moles non descendit et se onere suo frangit? Fieri enim non potest ut tanta vis ponderis quantam ille substituit pendeat et levibus innixa sit.
- 3 Ne illud quidem potest dici extrinsecus esse aliqua retinacula quibus cadere prohibeatur, nec rursus de medio aliquid esse oppositi quod imminens corpus excipiat ac fulciat. Illud etiam nunc nemo dicere audebit mundum ferri per immensum et cadere quidem, sed non apparere an cadat, quia praecipitatio eius aeterna est, nihil habens⁴ novissimum
- 4 in quod incurrat. Hoc quidam de terra dixerunt, cum rationem nullam invenirent propter quam pondus in aere staret; fertur, inquiunt, semper, sed

¹ *inferiora* λ.

² *ultra* Opsipoeus, Oltramare; *utraque* in the MSS.

³ *exerere* B² Gercke, Alexander.

⁴ *habentis* Z supported by Oltramare; Alexander thinks *habens* may be Seneca's error.

NATURAL QUESTIONS VII, 13. 3-14. 4

universe. The fires are not so great that they disturb the inner region, and they slip back out again from the world to the outer regions. And so, stars that appear in an unusual way have streamed in from that matter which lies outside the universe.

14. To refute these theories is like exercising by 1
throwing arm-length punches into the wind. None
the less, I could wish the person who has placed
so solid a panelled ceiling on the world would tell
me what reason we have for believing him, that the
sky is so thick. What was it that took such solid
bodies up there and kept them there? Then, also, 2
whatever has such great thickness must also have
great weight. Therefore, how do heavy things stay
in the uppermost region? Why does that mass not
fall and break itself apart by its own weight? For it
cannot happen that such a force of weight as Artemi-
dorus perched up there could be hanging down and
supported by light supports. It cannot even be said 3
that there are some sort of cables outside which pre-
vent it from falling. Nor, again, is there any opposing
structure in the middle which might receive and sup-
port the threatening mass. Moreover, no one will
dare to say that the world is moving through immense
space and is actually falling, and that it is not apparent
whether it falls or not because its headlong rush is
eternal and it has nothing at the end with which it
might collide. Some say this about the earth, when 4
they find no explanation of why a weight stands
poised in air.¹ It is always moving, they say, but it

¹ Pliny (2.162), in dealing with the concept of the earth as a sphere, is struck by the miracle that the "earth hangs suspended and does not fall."

SENECA

non apparet an cadat, quia infinitum est in quod cadit.

Quid est deinde quo probes non quinque tantum stellas moveri sed multas esse¹ et in multis mundi regionibus? Aut, si hoc sine ullo probabili argumento licet respondere,² quid est quare non aliquis aut omnes stellas moveri aut nullam dicat?³ Praeterea nihil te adiuvat ista stellarum passim euntium turba. Nam, quo plures fuerint, saepius in aliquas incident; rari autem cometae, et ob hoc mirabiles sunt.

- 1 15. Quid quod testimonium dicet contra te omnis aetas, quae talium stellarum exortus et adnotavit et posteris tradidit? Post mortem Demetrii Syriae regis, cuius Demetrius et Antiochus liberi fuere, paulo ante Achaicum bellum cometes effulsit non minor sole. Primo igneus ac rubicundus orbis fuit clarumque lumen emittens, quanto vinceret noctem; deinde paulatim magnitudo eius districta⁴ est et evanuit claritas; novissime totus⁵ intercudit. Quot⁶ ergo coire stellas oportet, ut tantum corpus efficiant? Mille in unum licet congreges, numquam hunc
- 2 habitum solis aequabunt. Attalo regnante initio cometes modicus apparuit; deinde sustulit se diffuditque et usque in aequinoctialem circulum venit, ita ut illam plagam caeli cui lactea nomen est in

¹ esse omitted by Gercke.

² responde Alexander. Warmington suggests *spondere*.

³ dicas V.

⁴ destructa λ; adstricta EZJ².

⁵ motus λ.

⁶ quid HPEZBV.

NATURAL QUESTIONS VII, 14. 4-15. 2

is not noticeable that it is falling because it falls into something which has no perceptible limit.

How next can you prove that not only the five planets move but that there are also many planets in many regions of the universe? Or, if it is permitted to make such a statement without any believable proof why should not someone say that either all the stars move or that none moves? Besides, that crowd of stars of yours going here and there helps your argument not at all. For, the more they are the more frequently they will run into some. Yet comets are remarkable just because they are so rare.

15. What about the fact that all past ages which 1
have noted the appearance of such celestial bodies and recorded them for posterity will give evidence against you? After the death of Demetrius¹ the king of Syria, whose sons were Demetrius and Antiochus, a little before the Achaean War, a comet appeared as big as the sun. At first it was a fiery red disc, emitting a light so bright that it dispelled the night. Then gradually its size diminished and its brightness faded. Finally it disappeared entirely. How many stars then would have to come together in order to produce a body of such size? Although you pack a thousand of them together in one place they would never equal the size of our sun. In the reign of Attalus² a comet appeared, of 2
moderate size at first. Then it rose up and spread out and went all the way to the equator, so that its vast extent equalled the region of the sky which is

¹ This is Demetrius Soter, who died in 151 B.C.

² Attalus III of Pergamum, who bequeathed his kingdom to Rome in 133 B.C.

SENECA

immensum extentus aequaret. Quot¹ ergo convenisse debent erraticae, ut tam longum caeli tractum occuparent igne continuo?

- 1 16. Contra argumenta dictum est, contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro: historicus est. Quidam incredibilium relatu commendationem parant et lectorem, aliud acturum si per cotidiana ducetur, miraculo excitant; quidam creduli,² quidam neglegentes sunt; quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet; illi non evitant, hi appetunt. Haec in commune de tota natione, quae approbari opus suum et fieri populare non putat posse, nisi illud mendacio aspersit. Ephorus vero non est religiosissimae fidei; saepe decipitur, saepe³ decipit. Sicut hunc cometen, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit eventum, cum Helicen et Burin ortu suo merserit, ait illum⁴ discessisse in duas stellas, quod praeter illum nemo tradidit. Quis enim posset observare illud momentum quo cometes solutus et in duas partes redactus est? Quomodo autem, si est qui viderit cometen in duas dirimi, nemo vidit fieri ex duabus? Quare autem non adiecit in quas stellas

¹ Fortunatus, *Ultramar* for *quid* HPABV; *quod* Z.

² *increduli* Z.

³ *saepius* Z Alexander.

⁴ *illum* HPEZBV Axelson, Alexander; *ilico* Gercke, *Ultramar*.

¹ Ephorus was born about the middle of the fourth century B.C. at Cyme in Aeolia and was author of a history of the

NATURAL QUESTIONS VII, 15. 2-16. 3

called the Milky Way. So how many planets would need to come together to occupy with a continuous fire such a long tract of the sky?

16. I have refuted the statements; now I must 1
discredit the witnesses. It is not great effort to
destroy the authority of Ephorus: ¹ he is an historian.
Some historians get praise for their works by re-
lating incredible stories, and by means of the
marvellous they arouse a reader who would likely go
and do something else if he were led through
ordinary incidents. Some historians are credulous;
others are negligent. On some, falsehood creeps
unawares; some it pleases. The former do not avoid
falsehood, the latter actively seek it. So much then 2
for the whole tribe of them in common. They do not
think their works can be approved and become popular
unless they sprinkle them with lies. Ephorus indeed
is not a man of very strict reliability. He is often
deceived; he often tries to deceive. For example,
the comet which was observed carefully by the eyes
of all mankind because it dragged with it an event of
great importance, since at its rising it sunk Helice
and Buris, he says split up into two planets, a fact
which no one except him reports. For who could 3
observe that moment when the comet broke up and
was reduced to two parts? Moreover, if there is
anyone who saw a comet separate into two, how did
nobody ever see one formed from two? And why
did he not add the names of the planets into which

ancient world down to 340 B.C. Only fragments of his work survive. It was much used by later historians. No doubt Seneca is unjust to Ephorus, whom Polybius (6.45.1) considers the most learned of ancient historical writers.

SENECA

divisus sit, cum aliquae ex quinque stellis debu-
erint? ¹

- 1 17. Apollonius Myndius ² in diversa opinione est. Ait enim cometen non unum ex multis erraticis effici, sed multos cometas erraticos esse. Non est, inquit, species falsa ³ nec duarum stellarum confinio ignis extentus, sed proprium sidus cometae est, sicut solis ac lunae. Talis ⁴ illi forma est, non in rotundum restricta, sed procerior et in longum producta.
- 2 Ceterum non est illi palam cursus; altiora mundi secat et tunc demum apparet cum in imum cursus sui venit. Nec est quod putemus eundem visum esse sub Claudio quem sub Augusto vidimus, nec hunc qui sub Nerone Caesare apparuit et cometis detraxit infamiam illi similem fuisse qui post excessum divi Iulii Iulidis Veneris Genetricis circa undecimam
- 3 horam diei emersit. Multi variique sunt, dispares magnitudine, dissimiles colore; aliis rubor est sine ulla luce, aliis candor et purum liquidumque lumen, aliis flamma et haec non sincera nec tenuis sed multum circa se volvens fumidi ardoris. Cruenti quidam,

¹ *aliquae . . . debuerint* Alexander for *aliqua . . . debuerit*.

² *Myndius* P; *mundius* λ; *mindius* J²; *mitidius* ET; *medicus* ABV.

³ *fissa* AB; *scissa* V.

⁴ Warmington suggests *tali* "It has the shape of a knuckle-bone." But there is no manuscript authority.

NATURAL QUESTIONS VII, 16. 3-17. 3

the comet was split, since they must be two of the five planets?

17. Apollonius of Myndos has a theory different 1
from Epigenes. He says that a comet is not one body
composed of many planets but that many comets are
planets. A comet, he says, is not an illusion or fire
extending from the edges of two planets but is a
celestial body on its own, like the sun and the
moon. It has a distinct shape thus: not limited to a
disc, but extended and elongated lengthwise. On 2
the other hand, its orbit is not clear. A comet cuts
through the upper regions of the universe and then
finally becomes visible when it reaches the lowest
point of its orbit. There is no reason to think that
the same comet was seen in the time of Claudius
that we saw in the time of Augustus, nor that the
one which appeared in the reign of Nero Caesar
(and took away the bad reputation of comets) was
similar to the one which burst forth after the death
of the deified Julius, about sunset on the day of the
games for Venus Genetrix.¹ Comets are many and 3
various, different in size, unlike in colour. Some are
red without any light, others are white and have
a pure, clear light. Others have a flame, yet this
is not clear or thin but rolls around itself much
smoky fire. Some are bloody, menacing—they carry

¹ The comet of Julius Caesar was in 44 B.C. More than one comet appeared in the time of Augustus. The Claudius comet was in A.D. 54. Two occurred in the reign of Nero: one in A.D. 60, which resulted in the exile of Plautus (*Tacitus Ann.* 14.22), and another at the end of A.D. 64, which was followed by the Conspiracy of Piso in A.D. 65 (*Tacitus Ann.* 15.47; *Suetonius Nero* 36). Seneca's remarks about the Nero comet here and below (Chapter 21.2) are ironic.

SENECA

minaces, qui omen prae¹ se futuri sanguinis ferunt. Hi minuunt augentque lumen suum, quemadmodum alia sidera, quae clariora, cum descendere, sunt maioraque, quia ex loco propiore visuntur, minora, cum redeunt, et obscuriora, quia abducunt se longius.

1 18. Adversus haec protinus respondetur non idem accidere in cometis quod in ceteris. Cometae enim, quo primum die apparuerunt, maximi sunt. Atqui deberent crescere, quo propius accederent; nunc autem manet illis prima facies, donec incipiant extinguui. Deinde, quod adversus priores, etiam adversus hunc dicitur: si erraret cometes essetque sidus, intra signiferi terminos moveretur, intra quos omne sidus cursus suos colligit.

2 Numquam apparet stella per² stellam; acies nostra non potest per medium sidus exire, ut per illud superiora perspiciat. Per cometen autem non aliter quam per nubem ulteriora cernuntur; ex quo apparet illum non esse sidus sed levem ignem ac tumultuarium.

1 19. Zenon noster in illa sententia est. Congruere iudicat stellas et radios inter se committere; hac societate luminis existere imaginem stellae longioris. Ergo quidam nullos esse cometas existimant sed speciem illorum per repercussionem vicinorum siderum aut per coniunctionem cohaerentium reddi.

¹ *post* Gericke and most MSS.

² *super* PBV; *supra* A.

¹ Or: "a fire like a light-armed soldier levied in a hurry."—E.H.W.

² Zeno of Citium, who lived about 336–264 B.C.

NATURAL QUESTIONS VII, 17. 3-19. 1

before them the omen of bloodshed to come. Others diminish and increase their light, just as the other stars do which are brighter and larger when they descend because they are seen from a closer position, and are smaller and dimmer when they recede because they are withdrawing far away.

18. Against this statement the response will be 1 immediately that the same thing does not happen in the case of comets which happens in the case of the other celestial bodies. For comets are largest on the day on which they first appear. And yet they would be bound to increase in size the closer they approach. As it is, however, their original appearance remains until they begin to be extinguished. Then, what is said against previous theorists is also said against this one: if a comet were a planet—that is, if it were a celestial body—it would move within the limits of the zodiac, within which all celestial bodies restrict their orbits.

A star never appears through another star; our 2 eyesight is not able to pass through the middle of a celestial body to see through it to the things on the other side. But through a comet the things beyond are seen as though through a cloud. Accordingly it is obvious that a comet is not a celestial body but a light or irregular fire.¹

19. Our Stoic Zeno² has the following theory: he 1 judges that stars come together and combine their rays, and from this union of light there comes into existence the image of a rather long star. Therefore, some suppose that comets do not exist but that only the appearance of comets is rendered through the reflection of neighbouring celestial bodies or through the conjunction of stars clinging together.

SENECA

2 Quidam aiunt esse quidem, sed habere cursus suos et post certa lustra in conspectum mortalium exire; quidam esse quidem, sed non quibus siderum nomen imponas, quia dilabuntur nec diu durant et exigui temporis¹ mora dissipantur.

1 20. In hac sententia sunt plerique nostrorum nec id putant veritati repugnare. Videmus enim in sublimi varia ignium concipi genera et modo caelum ardere, modo

Longos a tergo flammaram albescere tractus,²

modo faces cum igne vasto rapi. Iam ipsa fulmina, etiamsi velocitate mira simul et praestringunt aciem et relinquunt, ignes sunt aeris triti et impetu inter se maiore collisi; ideo ne resistunt quidem, sed expressi fluunt et protinus pereunt.

2 Alii vero ignes diu manent nec ante discedunt quam consumptum est omne quo pascebantur alimentum. Hoc loco sunt illa a Posidonio scripta miracula, columnae clipeique flagrantés aliaeque insigni novitate flammae. Quae non adverterent animos,³ si ex consuetudine et lege decurrerent; ad haec stupent omnes quae repentinum ex alto ignem efferunt, sive

¹ *operis* A¹BV.

² Virgil has *flammaram longos a tergo albescere tractus*. See above, Bk. 1.14.2, where Seneca gets the word order correct but uses *stellarum* instead of *flammaram*.

³ *omnes* Z.

NATURAL QUESTIONS VII, 19. 2-20. 2

Yet some say that comets do exist, but that they 2
have their own orbits and after fixed periods of time
they come into men's view. Others say that they
exist but that one should not give them the name of
celestial bodies because they slip away and do not
last long and are dissipated in a brief period of time.

20. Most of our Stoics have the preceding theory, 1
and they think it is not contrary to the facts: for
we see various kinds of fires conceived on high, some-
times the heaven blazing, sometimes

Long trails of flame
Glowing white behind,¹

sometimes great fiery Torches hurtling by. Light-
ning bolts themselves—even though they have re-
markable speed and dazzle the eyesight and at the
same time leave it unhurt—are fires of air that have
been subjected to friction and collision among them-
selves from a rather violent pressure. For this reason
lightning does not last long but once released it
flows away and immediately dies out.

But other fires remain a long time and do not 2
disperse until all the fuel on which they feed has been
consumed. In this group are those marvellous sights
described by Posidonius: blazing Columns and
Shields, and other flames remarkable for their novelty.
They would not attract attention if they ran along
in accordance with the usual laws. All men are
amazed at those phenomena which carry sudden fire
down from on high, whether something flashes and

¹ Virgil *Georg.* 1.367. The line is incorrectly quoted here.
See above 1.14.2 and note.

SENECA

emicuit aliquid et fugit, sive compresso aere et in ardorem coacto loco miraculi stetit.

- 3 Quid ergo? Non¹ aliquando lacuna secedentis² retro aetheris patuit et vastum in concavo lumen? Exclamare posset:³ " Quid hoc est? "

medium video discedere caelum

Palantesque polo stellas,

quae aliquando non expectata nocte fulserunt et per medium eruperunt diem. Sed alia huius rei ratio est. Quare alieno tempore appareant in aere, quas esse, etiam cum latent, constat?

- 4 Multos cometas non videmus, quia obscurantur radiis solis; quo deficiente quondam cometen apparuisse, quem sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit. Saepe autem, cum occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo videntur. Videlicet ipsa stella sole perfunditur et ideo aspici non potest; comae⁴ autem radios solis effugiunt.
- 1 21. Placet ergo nostris cometas, sicut faces, sicut tubas trabesque et alia ostenta caeli, denso aere creari. Ideo circa septentrionem frequentissime apparent quia illic plurimum est aeris pigri.
- 2 " Quare ergo non stat cometes sed procedit? " Dicam. Ignium modo alimentum suum sequitur;

¹ non HPZ Oltramare, Alexander; num ABV Gercke.

² *secedentis* Gercke, Oltramare, Alexander instead of *si cedentis* HPEZ; *descendentis* V.

³ *posset* Z Oltramare; *posses* Gercke, Alexander and most MSS. [*posset* sc. Posidonius or an imaginary interlocutor.]

⁴ Gronovius, Gercke, Oltramare for *cometae* MSS.

NATURAL QUESTIONS VII, 20. 2-21. 2

disappears, or the atmosphere is compressed and forced into glowing, and it is taken as a miracle.

What then about this? Sometimes a gap extends 3
in the atmosphere which recedes backward and a great light appears in the hollow. A person might cry out, "What is this?"

I see the middle of heaven gape open
And the stars
Wandering in the sky,¹

stars which sometimes do not wait for night but burst out and shine well within daytime. But this involves quite another problem: Why do they appear at a time not their own? It is generally agreed that stars exist even when hidden.

We do not see many comets because they are 4
obscured by the rays of the sun. Posidonius reports that once during an eclipse a comet appeared² which the nearness of the sun had concealed. Moreover, often when the sun has set, scattered fires are seen not far from it. Obviously the comet itself is blanketed by the light of the sun and so cannot be seen, but the tail escapes the sun's rays.

21. Accordingly, our Stoics are pleased to believe 1
that comets, like Torches, Trumpets, and Beams, and other displays of the sky, are created from condensed air. So, they appear most frequently in the north because most of the thick air is there.

"Therefore, why does a comet not stand still but 2
moves?" I will tell you. A comet follows its fuel the way fire does; for even though it struggles to-

¹ Virgil *Aen.* 9.20.

² This happened in 94 B.C.

SENECA

quamvis enim illi ad superiora nisus sit, tamen deficiente materia retro iens ipse descendit. In aere quoque non dextram laevamque premit partem—nulla est enim illi via—sed, qua illum vena pabuli sui duxit, illa repit nec ut stella procedit sed ut ignis pascitur.

- 3 “ Quare ergo per longum tempus apparet et non cito extinguitur? ” Sex enim mensibus hic quem nos Neronis principatu laetissimo vidimus spectandum se praebuit, in diversum illi Claudiano circumactus. Ille enim a septentrione in verticem surgens orientem petiit semper obscurior; hic ab eadem parte coepit sed in occidentem tendens ad meridiem flexit
- 4 et ibi se subduxit oculis. Videlicet ille fumidiora¹ habuit et aptiora² ignibus, quae persecutus est; huic rursus uberior fuit et plenior regio, huc itaque descendit invitante materia, non itinere. Quod apparet duobus quos spectavimus fuisse diversum, cum hic in dextrum motus sit, ille in sinistrum. Omnibus autem quinque³ stellis in eandem partem cursus est, id est contrarius mundo. Hic enim ab orto volvitur in occasum, illae ab occasu in ortum eunt, et ob hoc duplex iis motus est, ille quo eunt et hic quo auferuntur.

¹ Oltramare for *humidiora* in most MSS.; *humiliora* P¹.

² *altiora* ABV.

³ *quinque* added by Gercke, Oltramare.

NATURAL QUESTIONS VII, 21. 2-4

wards the upper regions, none the less when the fuel becomes insufficient a comet goes backward and sinks down by itself. Also, in the atmosphere it does not press to the right or left side—for it has no route—but it crawls wherever a vein of its food leads it. It does not proceed as a star does but feeds as a fire does.

“ Why, then, does it appear for a long time and is not quickly extinguished? ” The comet we have seen in the very happy principate of Nero displayed itself to our view for six months, moving in a direction opposite to the comet of Claudius’ time. The Claudius comet rose from the north into the zenith and moved east, always growing dimmer. The Nero comet began in the same place but as it started moving towards the west it turned south and there withdrew from sight. Obviously the Claudius comet found smokier elements, and elements more suited to its fires, which it followed. The Nero comet, on the other hand, found a richer and more abundant region, and so it descended to it, lured by its food not by its route. It is apparent that the two comets we saw had different routes since the Nero one moved towards the right, the other one towards the left. Moreover, all five planets have motion in the same direction, that is, contrary to the motion of the universe. For the universe revolves from east to west, the planets travel from west to east, and for this reason they have a double motion: one the direction in which they move and the other the direction in which they are carried away.¹

¹ Pliny 2.32: the motion of all the planets, and among them the sun and the moon, follows a course contrary to that of the universe.

SENECA

- 1 22. Ego nostris non assentior. Non enim existimo cometen subitaneum ignem sed esse ¹ inter aeterna opera naturae.

Primum, quaecumque aer creat, brevia sunt; nascuntur enim in re fugaci et mutabili. Quomodo potest aliquid in aere idem diu permanere, cum ipse aer numquam idem diu maneat? Fluit semper et brevis illi quies est; intra exiguum momentum in alium quam in quo fuerat statum vertitur, nunc pluvius, nunc serenus, nunc inter utrumque varius. Nubes, quae illi familiarissimae sunt, in quas coit et ex quibus solvitur, modo congregantur, modo digeruntur, numquam immotae ² iacent. Fieri non potest ut ignis certus in corpore vago sedeat et tam pertinaciter haereat quam quem natura, ne umquam excuteretur, aptavit.

- 2 Deinde, si alimento suo haereret, semper descenderet (eo enim crassior est aer quo terris propior); numquam cometes in imum usque demittitur neque appropinquat solo.
- 1 23. Etiamnunc ignis aut it quo illum natura sua ducit, id est sursum, aut eo quo trahit materia cui adhaesit et quam depascitur; nullis ignibus ordinariis et caelestibus iter flexum est. Sideris proprium est ducere orbem. Atqui hoc an cometae alii fecerunt? Nescio; duo nostra aetate fecerunt. Deinde omne quod causa temporalis accendit cito intercidit;

¹ esse added by Gercke.

² in morte LZ.

NATURAL QUESTIONS VII, 22. 1-23. 2

22. *I* do not agree with our Stoics. For I do not 1
think that a comet is just a sudden fire but that it is
among the eternal works of nature.

First of all, all things the atmosphere creates are
short-lived, for they are produced in an unstable and
changeable element. How can anything remain the
same for long in atmosphere when atmosphere itself
never remains the same for very long? It is always
flowing and its periods of rest are short. Within a
brief moment it changes into a condition other than
the one in which it had been; now rainy, now clear,
now a varied mixture between the two. Clouds—
which are closely associated with atmosphere, into
which atmosphere congeals and from which it is
dissolved—sometimes gather, sometimes disperse,
never remain motionless. It cannot happen that fire
may reside securely in an unstable milieu and cling
as pertinaciously as something which nature has
designed so that it might never be shaken loose.

Second, if fire clings to its fuel it should always 2
descend, for the atmosphere is thicker the closer it is
to the earth. A comet never descends all the way
to the lowest regions of the atmosphere and does not
approach the ground.

23. Furthermore, fire either goes where its own 1
nature leads it, that is, upwards, or in the direction
that its fuel attracts it, to which it clings and on which
it feeds. None of the ordinary fires in the sky has a
curved path. It is characteristic of a planet to follow
a curve. And yet did other comets do this? I do not
know. The two in our time did. Next, everything 2
which a temporary cause sets afire quickly dies out.
Thus Torches gleam only while they pass across the

SENECA

sic faces ardent, dum transeunt; sic fulmina in unum valent ictum; sic quae transversae dicuntur stellae cadentes praetervolant et secant aera. Nullis ignibus nisi in suo mora est, illis dico divinis quos habet mundus aeternos, quia partes eius sunt et opera. His autem agunt aliquid et vadunt et tenorem suum servant paresque sunt. Non alternis diebus maiores minoresve fierent, si ignis esset collecticius¹ et ex aliqua causa repentinus? Minor enim esset ac maior, prout plenius aleretur aut malignius.

3 Dicebam modo nihil diuturnum esse quod exarsit aeris vitio. Nunc amplius adicio: morari ac stare nullo modo potest. Nam et fax et fulmen et stella transcurrens et quisquis alius est ignis aere expressus in fuga est nec apparet, nisi dum cadit. Cometes habet suam sedem et ideo non cito expellitur sed emetitur spatium suum, nec extinguitur sed excedit.

1 24. "Si erratica," inquit, "stella esset, in signifero esset." Quis unum stellis limitem ponit? Quis in angustum divina compellit? Nempe haec ipsa sidera quae sola moveri creditis alios et alios circulos habent; quare ergo non aliqua sint quae in proprium iter et ab istis remotum secesserint? Quid est quare in aliqua parte caeli pervium non sit?

2 Quod si iudicas non posse ullam stellam, nisi signi-

¹ *collectus* ABOT.

NATURAL QUESTIONS VII, 23. 2-24. 2

sky; a lightning bolt is able to strike only once; so-called shooting stars flit past and, falling, cut through the atmosphere. No fires have any duration except in their own element. I refer to those divine fires which the universe maintains as eternal fires because they are parts and works of it. Comets, however, do something: they move, preserve their continuity, and are uniform. If their fires were merely collected, the sudden occurrence of some accidental cause, they would become larger or smaller on alternate days. For such a fire would be lesser or greater according to whether it were fed less or more abundantly.

I was saying recently that no fire is eternal which 3
bursts into flame from a defect in the atmosphere. Now I am adding more to that: it cannot be lasting and stable in any way. For, a Torch and lightning bolt and a shooting star, and whatever other thing is fire forced out of the atmosphere, is in flight and appears only while it is falling. A comet has its own position and so is not quickly expelled but measures out its own space. It is not extinguished but simply departs.

24. "If a comet were a planet," someone said, "it 1
would be in the zodiac." Who places one boundary for planets? Who confines divine things in a narrow space? Yet those very stars which you believe are the only ones that move obviously have orbits that are different from one another. Why, then, should there not be other stars which have entered on their own route far removed from them? What reason is there that in some part or other of the sky there should not be a passageway?

But if you are convinced that no planet can have an 2

SENECA

ferum attigit, vadere, cometes potest sic alium habere circulum ut in hunc tamen parte aliqua sui incidat; quod fieri non est necessarium, sed potest. Vide ne hoc magis deceat magnitudinem mundi ut in multa itinera divisus est¹ nec unam deterat semitam, 3 ceteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo et pulcherrimo corpore,² inter innumerabiles stellas quae noctem decore vario distinguunt, quae minime vacuum et inertem esse patiuntur, quinque solas esse quibus exercere se liceat, ceteras stare fixum et immobilem populum?

1 25. Si quis hoc loco me interrogaverit: "Quare ergo non, quemadmodum quinque stellarum, ita harum observatus est cursus?" Huic ego respondebo: multa sunt quae esse concedimus; qualia 2 sunt? ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio et impellimur et revocamur, omnes fatebuntur;³ quid tamen sit animus ille rector dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet quam ubi sit. Alius illum dicet spiritum esse, alius concentum quendam, alius vim divinam et dei partem, alius tenuissimum animae,⁴ alius incorporalem potentiam; non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo

¹ *hinc et in most MSS.; vigeat Leo, Oltramare; vices det Geroke; micet Madvig; migret Schultess; est, sic Alexander.*

² *opere ABV.*

³ *fatemur ABV.*

⁴ *aerem EJ²T; aera Haase.*

NATURAL QUESTIONS VII, 24. 2-25. 2

orbit unless it touches the zodiac, a comet can have such an unusual orbit that it still comes into the zodiac at some point of it. This does not necessarily happen, but it is possible. Consider whether this concept is not more in keeping with the size of the universe: that the universe, divided as it is into many routes, does not wear away just one path while it is inactive in other sections. Moreover, do you believe that in this great and beautiful structure among the innumerable stars which decorate the night with their varied beauty, which do not allow the night to have any void and inactivity, there are only five celestial bodies which are permitted to move and that the others stand by as a fixed and immobile crowd? 3

25. If at this point anyone should ask me, "Why then has the course of comets not been observed in the same way as the five planets?" I shall reply to him: there are many things that we concede exist; what their qualities are we do not know. All will agree that we have a mind, by whose orders we are impelled forward and summoned back; but what the mind is, that director and ruler of ourselves, no one can explain to you any more than where it is. One person¹ will say that it is a spirit, another some sort of harmony, another will call it a divine power or a part of god, another the thinnest part of life's breath, another an incorporeal force. Someone will be found who calls it blood or heat. It is so impossible 2

¹ Seneca gives in succession the theories of some Stoics; of Plato, Aristoxenus, and Dicaearchus; of other Stoics (*dei partem*); of Epicurus; of Anaximenes and Diogenes of Apollonia; of Aristotle (*incorporealem potentiam*); of Empedocles and Critias; and of Zeno and Posidonius.

SENECA

animo non potest liquere de ceteris rebus ut adhuc ipse se quaerat.

- 3 Quid ergo miramur cometas, tam rarum mundi spectaculum, nondum teneri legibus certis nec initia illorum finesque notescere, quorum ex ingentibus intervallis recursus est? Nondum sunt anni mille quingenti ex quo Graecia

stellis numeros et nomina fecit,

- multaeque hodie sunt gentes quae facie tantum noverunt caelum, quae nondum sciunt cur luna deficiat, quare obumbretur. Haec apud nos quoque
- 4 nuper ratio ad certum perduxit. Veniet tempus quo ista quae nunc latent in lucem dies extrahat et longioris aevi diligentia. Ad inquisitionem tantorum aetas una non sufficit, ut tota caelo vacet; quid quod tam paucos annos inter studia ac vitia non aequa portione dividimus? Itaque per successiones ista
- 5 longas explicabuntur. Veniet tempus quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Harum quinque stellarum quae se ingerunt nobis, quae alio atque alio occurrentes loco curiosos nos esse cogunt, qui matutini vespertinique ortus sint, quae stationes, quando in rectum ferantur, quare agantur retro, modo coepimus scire; utrum mergeretur Iupiter an

NATURAL QUESTIONS VII, 25. 2-5

for the mind to be clear concerning other subjects that it is still searching for itself.

Why, then, are we surprised that comets, such a 3
rare spectacle in the universe, are not yet grasped by
fixed laws and that their beginning and end are not
known, when their return is at vast intervals? It has
not yet been fifteen hundred years since Greece

Numbered the stars
And gave them names.¹

And yet there are many nations today that know the
sky only by its face and do not yet understand why
the moon lacks fulness and why it is obscured in an
eclipse. Among us, too, only recently did science
produce definite knowledge in these matters.² 4
The time will come when diligent research over very long
periods will bring to light things which now lie hidden.
A single lifetime, even though entirely devoted to the
sky, would not be enough for the investigation of so
vast a subject. What about the fact that we do not
divide our few years in an equal portion at least be-
tween study and vice? And so this knowledge will be
unfolded only through long successive ages. 5
There will come a time when our descendants will be amazed
that we did not know things that are so plain to them.
The five planets force themselves upon our attention.
Occurring in one place or another they compel us to
be curious. Recently we have begun to understand
what their morning and evening risings mean, their
positions, the time of their movement straight for-
wards, why they move backward. Whether Jupiter

¹ Virgil *Georg.* 1.137.

² In the second century B.C.

SENECA

occideret an retrogradus esset (nam hoc illi nomen imposuere cedenti) ante paucos annos didicimus.

6 Inveniuntur qui nobis dicerent: "Erratis, quod ullam stellam aut suppressere cursum iudicatis aut vertere. Non licet stare caelestibus nec averti; prodeunt omnia; ut semel missa¹ sunt, vadunt; idem erit illis cursus qui sui finis. Opus hoc aeternum irrevocabiles habet motus; qui si quando constiterint, alia aliis incident, quae nunc tenor et aequalitas servat."

7 Quid est ergo cur aliqua redire videantur? Solis occursus speciem illis tarditatis imponit et naturam viarum circulatorumque sic positorum ut certo tempore intuentes fallant;² sic naves, quamvis plenis velis eant, videntur tamen stare. Erit qui demonstrat aliquando in quibus cometae partibus currant, cur tam seducti a ceteris errent, quanti qualesque sint. Contenti simus inventis; aliquid veritati et posteris conferant.

1 26. "Per stellas," inquit, "ulteriora non cernimus; per cometas aciem transmittimus." Primum si fit istud, non in ea parte fit qua sidus ipsum est spissus ignis ac solidus, sed qua rarus splendor excurrit et in

¹ *missa* HEZV Oltramare; *iussa* Gercke.

² Fortunatus, Gercke, Oltramare for *afflant* HPEZ; *afficiat* ABV.

NATURAL QUESTIONS VII, 25. 5-26. 1

was rising or whether it was setting or retrograde (for that is the term they have given to it when it recedes)—we learned only a few years ago.

People have been found who would say to us: 6
“ You are wrong if you judge that any star either stops or alters its orbit. It is not possible for celestial bodies to stand still or turn away. They all move forward. Once they are set in motion they advance. The end of their orbital motion will be the same as their own end. This eternal creation has irrevocable movements. If they stop at any time it means that the bodies which are now maintained by a constancy and equilibrium will collide with one another.”

What is the reason, then, that some celestial bodies 7
appear to move backward? The encounter with the sun imposes upon them the appearance of slowness, as well as the nature of their paths and their orbits which are so placed that at a fixed period they deceive observers. In the same way ships seem to be standing still even though they are moving under full sail. Some day there will be a man who will show in what regions comets have their orbit, why they travel so remote from other celestial bodies, how large they are and what sort they are. Let us be satisfied with what we have found out, and let our descendants also contribute something to the truth.

26. Someone says, “ We do not see through stars 1
to objects on the other side, yet our vision passes through comets.” First of all, if this does happen, it does not happen in that part where the celestial body itself is a thick and solid fire but only where a scattered glow extends and is dispersed into hair.

SENECA

crines dispergitur; per intervalla ignium, non per ipsos vides.

2 “Stellae,” inquit, “omnes rotundae sunt, cometae porrecti; ex quo apparet stellas non esse.” Quis enim tibi concedit cometas longos esse? Quorum natura quidem, ut ceterorum siderum, globus est, ceterum fulgor extenditur. Quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit, ceterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini, sic cometarum corpus ipsum corrotundatur, splendor autem longior quam ceterorum siderum apparet.

1 27. “Quare?” inquis. Dic tu mihi prius quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, cum accipiat a sole; quare modo rubeat, modo palleat; quare lividus illi et ater color sit, cum conspectu solis excluditur.

2 Dic mihi quare omnes stellae inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diversissimam soli. Quomodo nihil prohibet ista sidera esse, quamvis similia non sint, sic nihil prohibet cometas aeternos esse et sortis eiusdem cuius cetera, etiamsi faciem illis non habent similem.

3 Quid porro? Mundus ipse, si consideres illum, nonne ex diversis compositus est? Quid est quare in Leone sol semper ardeat et terras aestibus torreat, in Aquario astringat hiemem, flumina gelu claudat? Et hoc tamen et illud sidus eiusdem condicionis est, cum effectum et natura dissimile sit. Intra brevissimum tempus Aries extollitur, Libra tardissime emergit; et hoc tamen sidus et illud eiusdem naturae

NATURAL QUESTIONS VII, 26. 1-27. 3

You see through the gaps in the fire not through the fire itself.

“Stars,” he says, “are all round, comets are extended; from which it is apparent that they are not stars.” But who will concede to you that comets are elongated? In fact, their nature is a globe shape, as is that of the other celestial bodies, only their glow is extended. Just as the sun sends out rays far and wide but itself has a different shape, different from the light which flows from it, so the body itself of comets is rounded but their glow appears more lengthened than that of other celestial bodies.

27. “Why?” you ask. Tell me first why the moon receives light totally unlike the sun although she receives it from the sun. Why does the moon sometimes grow red, sometimes pale? Why is her colour blue or black when she is cut off from the sun’s view? Tell me why all stars have an appearance unlike each other to some extent and very unlike the sun. It in no way prevents them from being true celestial bodies, even though they are not alike. In the same way nothing prevents comets from being eternal and in the same category as that of the other stars, though comets do not have a similar appearance.

What more is there to say? Is not the universe, if you examine it, composed of contrasts? Why is it that in Leo the sun is always blazing and scorches the earth with its heat, in Aquarius it clamps winter down, closes the rivers with ice? Yet both constellations are of the same class even though they are unlike in influence and characteristics. Aries rises within a very short time, Libra emerges quite slowly; and yet both these constellations are of the

SENECA

- est, cum illud exiguo tempore ascendat, hoc diu
4 proferatur. Non vides quam contraria inter se ele-
menta sint? Gravia et levia sunt, frigida et calida,
umida et sicca; tota haec mundi concordia ex dis-
cordibus constat. Negas cometen stellam esse, quia
forma eius non respondeat ad exemplar nec sit ceteris
similis? Vides enim: simillima est illa quae tri-
cesimo anno revertitur ad locum suum huic quae
5 intra annum revisit sedem suam. Non ad unam
natura formam opus suum praestat, sed ipsa varietate
se iactat. Alia maiora,¹ alia velociora aliis fecit, alia
validiora,² alia temperatiora; quaedam eduxit a
turba, ut singula et conspicua procederent, quaedam
in gregem misit. Ignorat naturae potentiam qui
illi non putat aliquando licere, nisi quod saepius fecit.
6 Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis
alium locum, alia tempora, dissimiles ceteris motus;
voluit et his magnitudinem operis sui colere. Quorum
formosior facies est quam ut fortuitam putes, sive
amplitudinem eorum consideres, sive fulgorem qui
maior est ardentiorque quam ceteris. Facies vero
habet insigne quiddam et singulare, non in angustum
coniecta et artata, sed dimissa liberius et multarum
stellarum amplexa regionem.
- 1 28. Aristoteles ait cometas significare tempestatem

¹ *minora* ABVT.

² *calidiora* Z.

NATURAL QUESTIONS VII, 27. 3-28. 1

same character, although one ascends in a short time
and the other appears slowly. Do you not see how 4
opposite the elements are among themselves? They
are heavy and light, cold and hot, wet and dry; all
the harmony of this universe is formed out of dis-
cordant elements. You say that a comet is not a
star because its form does not correspond to a type and
it is not just like other stars. Consider: a body that
returns to its position every thirty years is very similar
to a body that revisits its place in a year. Nature 5
does not present her work in only one form but prides
herself on her variety. She has made some things
larger, some swifter than others, some stronger, some
more moderate; she has separated some from the
crowd, so that they might move as unique and con-
spicuous things; some she has consigned to the
herd. Anyone who thinks that nature is not occa-
sionally able to do something she has not done fre-
quently, simply does not understand the power of
nature.

Nature does not often display comets. She has 6
assigned to them a different place, different periods,
movements unlike the other celestial bodies. Also,
she wished by means of comets to honour the magni-
tude of her work. The appearance of comets is too
beautiful for you to consider an accident, whether you
examine their size or their brightness, which is greater
and more brilliant than the other celestial bodies.
In fact, their appearance has a kind of exceptional
distinction. They are not bound and confined to a
narrow spot but are let loose and freely cover the
region of many celestial bodies.

28. Aristotle says that comets indicate a storm 1

SENECA

et ventorum intemperantiam atque imbrium. Quid ergo? Non iudicas sidus esse quod futura denuntiat? Non enim sic hoc tempestatis signum est quomodo futurae pluviae

Scintillare oleum et putres concrecere fungos,
aut quomodo indicium est saevituri maris, si

marinae

In sicco ludunt fulicae notasque paludes
Deserit atque altam supra volat ardea nubem,

sed sic quomodo aequinoctium in calorem frigusque flectentis anni, quomodo illa quae Chaldaei canunt, quid stella nascentibus triste laetumve constituat.

- 2 Hoc ut scias ita esse, non statim cometes ortus ventos et pluvias minatur, ut Aristoteles ait, sed annum totum suspectum facit; ex quo apparet illum non ex proximo quae in proximum daret signa traxisse, sed habere reposita et comprehensa¹ legibus
3 mundi. Fecit hic cometes qui Paterculo et Vopisco consulibus apparuit, quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta; fuerunt enim maximae et

¹ *comprehensa* ABT; *compressa* HZ; *compulsa* V.

¹ Aristotle 1.7.344b 20-345a 5.

² Virgil *Georg.* 1.392.

³ Virgil *Georg.* 1.362. The sea-“coots” would be black sea-birds of some kind.

NATURAL QUESTIONS VII, 28. 1-3

and undue excess wind and rain.¹ Well, what of it? Do you not judge that that which foretells the future is a celestial body? Indeed, a comet is not a sign of storm in the same way that there is a sign of coming rain when

The oil in the lamp sputters
And a crumbling excrescence
Grows on the wick,²

or in the same way that it is a forecast of rough sea if

The sea-coots play on dry land,
And the heron deserts her familiar swamp
And flies above the high cloud,³

but in the way that the equinox is a sign of the year turning to hot or to cold, or as the things the Chaldaeans predict, the sorrow or joy that is established at people's birth by a star.

In order that you may understand that this is true: 2
the rising of a comet does not immediately threaten wind or rain, as Aristotle says it does, but makes the entire year suspect.⁴ From which it is clear that the comet has not drawn from its close neighbourhood the signs which it gives for the immediate future but that it has them stored up and linked to the laws of the universe. The comet which appeared in the consulship of Paterculus and Vopiscus⁵ did what was predicted by Aristotle and Theophrastus: for there were 3

⁴ Aristotle 1.7.344b 27.

⁵ L. Julius Paterculus and Vopiscus were *consules suffecti* in A.D. 60. On the chronological relationship between this comet, the earthquake in Achaia, and Macedonia, and the earthquake at Pompeii, see above 6.1.2 and note.

SENECA

continuae tempestates ubique, at in Achaia Macedoniaeque urbes terrarum motibus prorutae sunt.

